



UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE



3 1761 0191622 2





THE LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB, LL.D.

EDITED BY

WITH †T. E. PAGE, C.H., LITT.D.

APPS, PH.D., LL.D. †W. H. D. ROUSE, LITT.D.

OST, L.H.D. E. H. WARMINGTON, M.A., F.R.HIST.SOC.

SUETONIUS

II

LONDON
WILLIAM HEINEMANN LTD
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
HARVARD UNIVERSITY PRESS
MCMXXIX

SUETONIUS

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY

J. C. ROLFE, PH.D.

PROFESSOR OF THE LATIN LANGUAGE AND LITERATURE
IN THE UNIVERSITY OF PENNSYLVANIA

IN TWO VOLUMES

II



LONDON

WILLIAM HEINEMANN LTD

CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

HARVARD UNIVERSITY PRESS

MCMLIX

SUETONIUS

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY

J. C. ROLFE, Ph.D.

First Printed 1914

Reprinted 1920, 1924, 1930, 1939, 1950, 1959

IN TWO VOLUMES

II



LONDON

WILLIAM HEINEMANN LTD

CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS

HARVARD UNIVERSITY PRESS

PRINTED IN GREAT BRITAIN

WCM:EX

CONTENTS

	PAGE
THE LIVES OF THE CAESARS (<i>continued</i>)—	
BOOK V.—THE DEIFIED CLAUDIUS	1
BOOK VI.—NERO	85
BOOK VII.—GALBA, OTHO, AND VITELLIUS	189
BOOK VIII.—THE DEIFIED VESPASIAN, THE DEIFIED TITUS, DOMITIAN	279
THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN—	
PREFATORY NOTE	388
BIBLIOGRAPHICAL NOTE	394
GRAMMARIANS AND RHETORICIANS—	
GRAMMARIANS	396
RHETORICIANS	434
POETS—	
TERENCE	352
VERGIL	464
HORACE	484
TIBULLUS	492
PERSIUS	494
LUCAN	500
THE LIVES OF PLINY THE ELDER AND PASSIENUS CRISPUS	504
INDEX	509

THE LIVES OF THE CAESARS

BOOK V

THE DEIFIED CLAUDIUS

DE VITA CAESARUM

LIBER V

DIVUS CLAUDIUS

I. PATREM Claudi Caesaris Drusum, olim Decimum mox Neronem praenomine, Livia, cum Augusto gravidam nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus :

Τοῖς εὐτυχούσι καὶ τρίμηνα παῖδιά.

- 2 Is Drusus in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici, deinde Germanici belli Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit transque Rhenum fossas navi et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae vocantur. Hostem etiam frequenter caesum ac penitus in intimas solitudines actum non prius destitit insequi, quam species barbarae mulieris humana amplior victorem tendere

^a See *Aug.* lxii. 2.

^b Literally, "the blest," those on whom fortune smiles.

^c The *fossae Drusinae*, two miles long, connecting the Rhine with the Yssel, to furnish a passage to the North Sea.

THE LIVES OF THE CAESARS

BOOK V

THE DEIFIED CLAUDIUS

I. THE father of Claudius Caesar, Drusus, who at first had the forename Decimus and later that of Nero, was born of Livia within three months after her marriage to Augustus^a (for she was with child at the time) and there was a suspicion that he was begotten by his stepfather in adulterous intercourse. Certain it is that this verse at once became current :

38 B.C.

“In three months’ time come children to the great.”^b

This Drusus, while holding the offices of quaestor and praetor, was in charge of the war in Raetia and later of that in Germany. He was the first of Roman generals to sail the northern Ocean, and beyond the Rhine with prodigious labour he constructed the huge canals which to this very day are called by his name.^c Even after he had defeated the enemy in many battles and driven them far into the wilds of the interior, he did not cease his pursuit until the apparition of a barbarian woman of greater than

15 B.C.

12-11 B.C.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- 3 ultra sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ovandi ius et triumphalia ornamenta percepit; ac post praeturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita supremum diem morbo obiit in aestivis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata. Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores suscipientibus obviis scribarum decuriis ad urbem devectum sepultumque est in campo Martio. Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret Galliarumque civitates publice supplicarent. Praeterea senatus inter alia complura marmoreum arcum cum tropaeis via Appia decrevit et Germanici cognomen
- 4 ipsi posterisque eius. Fuisse autem creditur non minus gloriosi quam civilis animi; nam ex hoste super victorias opima quoque spolia captasse summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus; nec dissimulasse umquam pristinum se rei p. statum, quandoque posset, restitutum. Unde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto revocatumque ex provincia et quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equidem magis

* See *Aug.* xxii.

† Cf. *Tib.* vii. 3.

* The reference is probably to the *scribae quaestorii*, the quaestor's clerks, who were the most important of the attendants upon the magistrates. They formed a guild composed of six *decuriae*, or divisions of ten, presided over by six officers called *sex primi curatorum*.

* A *decursus* or *decursio*. Dio, 56. 42, describes the one about the funeral pyre of Augustus. After running around it in full armour, the soldiers cast into the fire the military prizes which they had received from the emperor; cf. *Jul.* lxxxiv. 4.

THE DEIFIED CLAUDIUS

human size, speaking in the Latin tongue, forbade him to push his victory further. For these exploits he received the honour of an ovation^a with the triumphal regalia; and immediately after his praetorship he became consul and resumed his campaign, but died in his summer camp, which for that reason 9 B.C was given the name of "Accursed." The body was carried by the leading men of the free towns and colonies to Rome,^b where it was met and received by the decuries of scribes,^c and buried in the campus Martius. But the army reared a monument in his honour, about which the soldiers should make a ceremonial run^d each year thereafter on a stated day, which the cities of Gaul were to observe with prayers and sacrifices. The senate, in addition to many other honours, voted him a marble arch adorned with trophies on the Appian Way, and the surname Germanicus for himself and his descendants. It is the general belief that he was as eager for glory as he was democratic^e by nature; for in addition to victories over the enemy he greatly desired to win the "noble trophies,"^f often pursuing the leaders of the Germans all over the field at great personal risk; and he made no secret of his intention of restoring the old-time form of government, whenever he should have the power. It is because of this, I think, that some have made bold to write that he was an object of suspicion to Augustus; that the emperor recalled him from his province, and when he did not obey at once, took him off by poison. This

^a See note on *Tib.* xxvi. 1.

^f The *spolia opima* were the armour of the leader of the enemy, taken from him in hand-to-hand combat by a Roman general.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

ne praetermitterem rettuli, quam quia verum aut veri simile putem, cum Augustus tanto opere et vivum dilexerit, ut coheredem semper filiis instituerit, sicut quondam in senatu professus est, et defunctum ita pro contione laudaverit, ut deos precatus sit, similes ei Caesares suos facerent sibi que tam honestum quandoque exitum darent quam illi dedissent. Nec contentus elogium tumulo eius versibus a se compositis insculpsisse, etiam vitae memoriam prosa oratione composuit.

- 6 Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit, verum tres omnino reliquit: Germanicum, Livillam, Claudium.

II. Claudius natus est Iullo¹ Antonio Fabio Africano cons. Kal. Aug. Luguduni eo ipso die quo primum ara ibi Augusto dedicata est, appellatusque Tiberius Claudius Drusus. Mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus a patre ac per omne fere pueritiae atque adolescentiae tempus variis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem aetate ulli publico privatoque muneri habilis existimaretur. Diu atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit; quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum,

¹ Iullo, *Ihm*; Iulio, *Ω*; Iulo, *Pulmann*.

^a C. and L. Caesar; see *Tib.* xxiii. and Index.

^b That is, on the anniversary of the dedication, which was in 12 B.C.

^c That is, the age at which one was ordinarily freed from tutelage. The usual formula is *in suam tutelam venire*, *Cic. De Orat.* i. 39. 180.

I have mentioned, rather not to pass it by, than that I think it true or even probable; for as a matter of fact Augustus loved him so dearly while he lived that he always named him joint-heir along with his sons, as he once declared in the senate; and when he was dead, he eulogized him warmly before the people, praying the gods to make his Caesars^a like Drusus, and to grant him, when his time came, as glorious a death as they had given that hero. And not content with carving a laudatory inscription on his tomb in verses of his own composition, Augustus also wrote a memoir of his life in prose.

Drusus had several children by the younger Antonia, but was survived by only three, Germanicus, Livilla, and Claudius.

II. Claudius was born at Lugdunum on the Kalends of August in the consulship of Iullus Antonius and Fabius Africanus, the very day when an altar was first dedicated to Augustus in that town,^b and he received the name of Tiberius Claudius Drusus. Later, on the adoption of his elder brother into the Julian family, he took the surname Germanicus. He lost his father when he was still an infant, and throughout almost the whole course of his childhood and youth he suffered so severely from various obstinate disorders that the vigour of both his mind and his body was dulled, and even when he reached the proper age he was not thought capable of any public or private business. For a long time, even after he reached the age of independence,^c he was in a state of pupillage and under a guardian, of whom he himself makes complaint in a book of his, saying that he was a barbarian and a former chief of muleteers, put in charge of him for the express

Aug. 1,
10 B.C.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

ut se (quibuscumque de causis) quam saevissime coaceret, ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem valitudinem et gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus novo more praesedit; et togae virilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est.

III. Disciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicavit. Verum ne sic quidem quicquam dignitatis assequi aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit.

- 2 Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum incohatum; ac si quem socordiae argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Avia Augusta pro despectissimo semper habuit, non affari nisi rarissime, non monere nisi acerbo et brevi scripto aut per internuntios solita. Soror Livilla cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam et tam indignam sortem p. R. palam et clare detestata est. Nam avunculus maior Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistulis posui.

IV. "Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. Consentit autem uterque nostrum, semel nobis esse statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est artius, ut ita dicam, holocleros,

* Of relatives and friends.

b The future emperor. c Claudius.

d Celebrated by Augustus in 12 A.D. in honour of Mars Ultor; cf. *Aug.* xxix. 1 and 2.

THE DEIFIED CLAUDIUS

purpose of punishing him with all possible severity for any cause whatever. It was also because of his weak health that contrary to all precedent he wore a cloak when he presided at the gladiatorial games which he and his brother gave in honour of their father; and on the day when he assumed the gown of manhood he was taken in a litter to the Capitol about midnight without the usual escort.^a

III. Yet he gave no slight attention to liberal studies from his earliest youth, and even published frequent specimens of his attainments in each line. But even so he could not attain any public position or inspire more favourable hopes of his future.

His mother Antonia often called him "a monster of a man, not finished but merely begun by Dame Nature"; and if she accused anyone of dulness, she used to say that he was "a bigger fool than her son Claudius." His grandmother Augusta always treated him with the utmost contempt, very rarely speaking to him; and when she admonished him, she did so in short, harsh letters, or through messengers. When his sister Livilla heard that he would one day be emperor, she openly and loudly prayed that the Roman people might be spared so cruel and undeserved a fortune. Finally to make it clearer what opinions, favourable and otherwise, his great uncle Augustus had of him, I have appended extracts from his own letters:

IV. "I have talked with Tiberius,^b my dear Livia, as you requested, with regard to what is to be done with your grandson Tiberius^c at the games of Mars.^d Now we are both agreed that we must decide once for all what plan we are to adopt in his case. For if

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos et gradus producendus sit, per quos frater eius
- 2 productus sit? Sin autem ἡλαττώσθαι¹ sentimus eum et βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς² ἀρτιότητα, praebebenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν.³ Nam semper aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προὔποκειμένου ἡμῖν posse arbitremur
- 3 eum gerere honores necne. In praesentia tamen quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Silvani filio homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit. Spectare eum circenses ex pulvinari non placet nobis; expositus enim in fronte prima spectaculorum conspicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis aut esse Romae Latinarum diebus. Cur enim non praeficitur urbi, si potest sequi fratrem
- 4 suum in montem? Habes nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem et metum fluctuemur. Licebit autem, si voles, Antoniae quoque nostrae des hanc partem epistulae huius legendam." Rursus alteris litteris:
- 5 "Tiberium adulescentem ego vero, dum tu aberis, cotidie invitabo ad cenam, ne solus cenet cum

¹ ἡλαττώσθαι, *Beroaldus*; ελαττωσθαι and ελαττωσεαι, *mss.*

² ψυχῆς, *first Roman editions*; ψυχης, *mss.*

³ εἰωθόσιν, *Roman editions*; ἐνηωθοσιν, *most of the mss.*

* The two Greek words, ἀρτιος and ὁλόκληρος, mean "complete," "perfect of one's kind;" the meaning therefore is "if he have his five senses."

^b See note on *Aug.* xlv. 1.

THE DEIFIED CLAUDIUS

he be sound^a and so to say complete,^a what reason have we for doubting that he ought to be advanced through the same grades and steps through which his brother has been advanced? But if we realize that he is wanting and defective in soundness of body and mind, we must not furnish the means of ridiculing both him and us to a public which is wont to scoff at and deride such things. Surely we shall always be in a stew, if we deliberate about each separate occasion and do not make up our minds in advance whether we think he can hold public offices or not. However, as to the matters about which you ask my present advice, I do not object to his having charge of the banquet of the priests at the games of Mars, if he will allow himself to be advised by his kinsman the son of Silvanus, so as not to do anything to make himself conspicuous or ridiculous. That he should view the games in the Circus from the Imperial box^b does not meet with my approval; for he will be conspicuous if exposed to full view in the front of the auditorium. I am opposed to his going to the Alban Mount or being in Rome on the days of the Latin festival; for why should he not be made prefect of the city, if he is able to attend his brother to the Mount? You have my views, my dear Livia, to wit that I desire that something be decided once for all about the whole matter, to save us from constantly wavering between hope and fear. Moreover, you may, if you wish, give this part of my letter to our kinswoman Antonia also to read." Again in another letter :

"I certainly shall invite the young Tiberius to dinner every day during your absence, to keep him

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

suo Sulpicio et Athenodoro. Qui vellem diligentius et minus μετεώρως deligeret sibi aliquem, cuius motum et habitum et incessum imitaretur. Misellus ἀτυχεῖ nam ἐν τοῖς σπουδαίοις, ubi non aberravit eius animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια." Item tertiis litteris :

6 "Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream nisi, mea Livia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit cum declamat σαφῶς dicere quae dicenda sunt, non video."

7 Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit, et ¹ reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum ac ne heredem quidem nisi inter tertios ac paene extraneos e ² parte sexta nuncuparet, legato quoque ³ non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus.

V. Tiberius patruus petenti honores consularia ornamenta detulit ; sed instantius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria ⁴ misisse ei. Tunc demum abiecta spe dignitatis ad otium concessit, modo in hortis et suburbana domo, modo in Campaniae secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem segnitiae notam ebrietatis

¹ et, mss. ; ut, Smilda ; cum, Bentley.

² e, second Roman edition ; ne, Ω.

³ legato quoque, Ernesti ; legatoque, mss. ; legato, Torren-tius.

⁴ sigillaria, L³ ; sigillari, Ω.

^a See note on *Jul.* lxxxiii. 2 ; the heirs in the third degree had little or no prospect of receiving their inheritance.

^b December 21 and 22, an extension of the Saturnalia, when it was customary to make presents of little images of various kinds (*sigilla*) ; also the name of a quarter or street in Rome, see chap. xvi. 4 ; Nero, xxviii. 2.

from dining alone with his friends Sulpicius and Athenodorus. I do wish that he would choose more carefully and in a less scatter-brained fashion some one to imitate in his movements, bearing, and gait. The poor fellow is unlucky ; for in important matters, where his mind does not wander, the nobility of his character is apparent enough." Also in a third letter :

"Confound me, dear Livia, if I am not surprised that your grandson Tiberius could please me with his declaiming. How in the world anyone who is so unclear in his conversation can speak with clearness and propriety when he declaims, is more than I can see."

There is no doubt at all what Augustus later decided, and that he left him invested with no office other than the augural priesthood, not even naming him as one of his heirs, save in the third degree ^a and to a sixth part of his estate, among those who were all but strangers ; while the legacy that he left him was not more than eight hundred thousand sesterces.

V. His paternal uncle Tiberius gave him the consular regalia, when he asked for office ; but when he urgently requested the actual position, Tiberius merely replied by a note in these words : "I have sent you forty gold-pieces for the Saturnalia and the Sigillaria."^b Then at last Claudius abandoned all hope of advancement and gave himself up to idleness, living in obscurity now in his house and gardens in the suburbs, and sometimes at a villa in Campania ; moreover from his intimacy with the lowest of men he incurred the reproach of drunkenness and gambling, in addition to his former reputation for dulness.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

quoque et aleae infamiam subiit, cum interim, quam hoc modo agenti, numquam aut officium hominum aut reverentia publice defuit.

VI. Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit, semel cum deportandum Romam corpus Augusti umeris suis ab consulibus exposceret,¹ iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularetur; quin et spectaculis advenienti
2 assurgere et lacernas² deponere solebat. Senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium sorteductorum extra ordinem adiceretur, censuit et mox ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaeque inter consulares sententiae ius esset. Quod decretum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem eius ac damnum liberalitate sua resarsurum pollicente. Qui tamen moriens et in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertium vicies prosecutus, commendavit insuper exercitibus ac senatui populoque R. inter ceteras necessitudines nominatim.

VII. Sub Gaio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente honores auspicatus consulatum gessit una per duos menses, evenitque ut primitus ingredienti cum fascibus Forum praetervolans aquila dexteriore umero consideret. Sortitus est et de altero con-

¹ exposceret, *ς*; exposceretur, *Casaubon*; exposcerent, *mss.*

² lacernas, *Π²T*; the other *mss.* have lucernas.

* Founded by Tiberius for the worship of the Deified Augustus.

^b Of his house.

THE DEIFIED CLAUDIUS

Yet all this time, despite his conduct, he never lacked attention from individuals or respect from the public.

VI. The equestrian order twice chose him as their patron, to head a deputation on their behalf: once when they asked from the consuls the privilege of carrying the body of Augustus to Rome on their shoulders, and again when they offered them their congratulations on the downfall of Sejanus. They even used to rise when he appeared at the public shows and put off their cloaks. The senate too voted that he be made a special member of the priests of Augustus,^a who were usually chosen by lot; when he later lost his house by fire, that it should be rebuilt at the public expense, and that he should have the honour of giving his opinion among the consulars. This second decree was however repealed, since Tiberius urged Claudius's infirmity as a reason, and promised that he would make the loss^b good through his own generosity. Yet when Tiberius died, he named Claudius only among his heirs in the third degree, to a third part of his estate, although he gave him in addition a legacy of about two million sesterces, and expressly commended him besides to the armies and to the senate and people of Rome with the rest of his kinsfolk.

VII. It was only under his nephew Gaius, who in the early part of his reign tried to gain popularity by every device, that he at last began his official career, holding the consulship as his colleague for two months; and it chanced that as he entered the Forum for the first time with the fasces, an eagle that was flying by lit upon his shoulder. He was

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

sulatu in quartum annum; praeseditque nonnumquam spectaculis in Gai vicem, adclamante populo "Feliciter" partim "patruo imperatoris" partim "Germanici fratri!"

VIII. Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam et si paulo serius (ad praedictam cenae horam) occurrisset, non nisi aegre et circuito demum triclinio recipiebatur, et quotiens (post cibum) addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum aut palmularum ossibus incessebatur, interdum ferula flagrove velut per ludum excitabatur (a copreis.) Solebant et manibus stertentis socci induci, ut repente expergefactus faciem sibimet confricaret.

IX. Sed ne discriminibus quidem caruit. Primum in ipso consulatu, quod Neronis et Drúsi fratrum Caesaris statuas segnius locandas ponendasque curasset, paene honore summotus est; deinde extraneo vel etiam domesticorum aliquo deferente assidue varieque inquietatus. Cum vero detecta esset Lepidi et Gaetulici coniuratio, missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum etiam vitae periculum adiit, indignante ac fremente Gaio patrum potissimum ad se missum quasi ad puerum regendum, adeo ut non defuerint, qui traderent praecipitatum
2 quoque in flumen, sic ut vestitus advenerat. Atque

* Gaius appointed a number of consuls at once, who drew lots for the year when they were to hold the office.

* See *Calig.* viii. 1 and xxiv. 3.

* The Rhine.

also allotted a second consulship, to be held four years later,^a and several times he presided at the shows in place of Gaius, and was greeted by the people now with "Success to the emperor's uncle!" and now with "All hail to the brother of Germanicus!"

VIII. But all this did not save him from constant insults; for if he came to dinner a little after the appointed time, he took his place with difficulty and only after making the round of the dining-room. Whenever he went to sleep after dinner, which was a habit of his, he was pelted with the stones of olives and dates, and sometimes he was awakened by the jesters with a whip or cane, in pretended sport. They used also to put slippers on his hands as he lay snoring, so that when he was suddenly aroused he might rub his face with them.

IX. But he was exposed also to actual dangers. First in his very consulship, when he was all but deposed, because he had been somewhat slow in contracting for and setting up the statues of Nero and Drusus, the emperor's brothers. Afterwards he was continually harassed by all kinds of accusations, brought against him by strangers or even by the members of his household. Finally, when the conspiracy of Lepidus and Gaetulicus^b was detected and he was sent to Germany as one of the envoys to congratulate the emperor, he was really in peril of his life, since Gaius raged and fumed because his uncle of all men had been sent to him, as if to a child in need of a guardian. So great, indeed, was his wrath that some have written that Claudius was even thrown into the river^c clothes and all, just as he had come. Moreover, from that time on he always gave

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

ex eo numquam non in senatu novissimus consularium sententiam dixit, ignominiae causa post omnis interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signaverat. Postremo sestertium octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decedit, ut cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege praedictoria venalis pependerit sub edicto praefectorum.

X. Per haec ac talia maxima aetatis parte transacta quinquagesimo anno imperium cepit quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Gai, cum quasi secretum eo desiderante¹ turbam submoverent, in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat; neque multo post rumore caedis exterritus prorepsit ad solarium proximum interque praetenta foribus vela se abdidit. Latentem discurrens forte gregarius miles, animadversis pedibus, studio² sciscitandi quisnam esset, adgnovit³ extractumque et prae metu ad genua sibi accidentem imperatorem salutavit. Hinc ad alios

¹ desiderante, T; the other mss. have desideranti.

² studio, G; the other mss. have e studio (ex, T).

³ adgnovit] agnovit, T ς ; the other mss. have adcognovit.

^a See *Calig.* xxii. 3.

^b He had borrowed money from the public treasury for his entrance fee into the new priesthood, and pledged his estates as security.

^c That is, the prefects of the treasury, chosen from the praetors and ex-praetors (see *Aug.* xxxvi). Claudius later restored the charge of the treasury to the quaestors (see chap. xxiv. 2).

his opinion in the senate last among the consulars, having the question put to him after all the rest by way of humiliation. A case involving the forgery of a will was even admitted, in which Claudius himself was one of the signers. At last he was forced to pay eight million sesterces to enter a new priesthood,^a which reduced him to such straitened circumstances that he was unable to meet the obligation incurred to the treasury^b; whereupon by edict of the prefects^c his property was advertised for sale to meet the deficiency,^d in accordance with the law regulating confiscations.

X. Having spent the greater part of his life under these and like circumstances, he became emperor in his fiftieth year by a remarkable freak of fortune. When the assassins of Gaius shut out the crowd under pretence that the emperor wished to be alone, Claudius was ousted with the rest and withdrew to an apartment called the *Hermæum*; and a little later, in great terror at the news of the murder, he stole away to a balcony hard by and hid among the curtains which hung before the door. As he cowered there, a common soldier, who was prowling about at random, saw his feet, and intending to ask who he was, pulled him out and recognized him; and when Claudius fell at his feet in terror, he hailed him as emperor. Then he took him to the rest of

41 A.D.

^a *in vacuum*; the meaning is uncertain. It perhaps means that the advertisement was merely a matter of form, though none the less humiliating.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- commilitones fluctuantis nec quicquam adhuc quam frementis perduxit. (Ab his lecticae impositus et, quia sui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est tristis ac trepidus, miserante obvia turba
- 3 quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra vallum inter excubias militum pernoctavit, aliquanto minore spe quam fiducia. Nam consules cum senatu et cohortibus urbanis Forum Capitoliumque occupaverant asserturi communem libertatem; accitusque et ipse per tr. pl. in curiam ad suadenda quae viderentur, vi se et necessitate teneri respondit.
- 4 Verum postero die et senatu segniore in exsequendis conatibus per taedium ac dissensionem diversa consentium et multitudine, quae circumstabat, unum rectorem iam et nominatim exposcente, armatos¹ pro contione iurare in nomen suum passus est promisitque singulis quina dena sestertia, primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus.

XI. Imperio stabilito nihil antiquius duxit quam id biduum, quo de mutando rei p. statu haesitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam et oblivionem in perpetuum sanxit ac praestitit, tribunis modo ac centurionibus paucis e coniuratorum in Gaium numero interemptis, exempli simul causa et quod

¹ armatos, ΠQ; *the other mss. have armatus.*

* "Hope" of becoming emperor; "confidence" that he had escaped death.

^b By restoring the republic.

his comrades, who were as yet in a condition of uncertainty and purposeless rage. These placed him in a litter, took turns in carrying it, since his own bearers had made off, and bore him to the Camp in a state of despair and terror, while the throng that met him pitied him, as an innocent man who was being hurried off to execution. Received within the rampart, he spent the night among the sentries with much less hope than confidence;^a for the consuls with the senate and the city cohorts had taken possession of the Forum and the Capitol, resolved on maintaining the public liberty.^b When he too was summoned to the House by the tribunes of the commons, to give his advice on the situation, he sent word that "he was detained by force and compulsion." But the next day, since the senate was dilatory in putting through its plans because of the tiresome bickering of those who held divergent views, while the populace, who stood about the hall, called for one ruler and expressly named Claudius, he allowed the armed assembly of the soldiers to swear allegiance to him, and promised each man fifteen thousand sesterces; being the first of the Caesars who resorted to bribery to secure the fidelity of the troops.

XI. As soon as his power was firmly established, he considered it of foremost importance to obliterate the memory of the two days when men had thought of changing the form of government. Accordingly he made a decree that all that had been done and said during that period should be pardoned and forever forgotten; he kept his word too, save only that a few of the tribunes and centurions who had conspired against Gaius were put to death, both to make an example of them and because he knew

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

suam quoque caedem depoposcisse cognoverat.

- 2 Conversus hinc ad officia pietatis ius iurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit quam per Augustum. Aviae Liviae divinos honores et circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curavit; parentibus inferias publicas, et hoc amplius patri circenses annuos natali die, matri carpentum, quo per Circum duceretur, et cognomen Augustae ab viva¹ recusatum. At in fratris memoriam² per omnem occasionem celebratam comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine docuit ac de sententia iudicum coronavit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit, testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset et avi sui Antoni. Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompei theatrum, decretum quidem olim a senatu verum omissum, peregit. Gai quoque etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri.
- 3

XII. At in semet augendo parcus atque civilis praenomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusavit, sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica religione transegit. Neminem exsulum nisi ex senatus auctoritate restituit.

¹ viva, *Lipsius*; avia, Ω .

² At in fratris memoriam, suggested by *Ihm*; a fratris memoria, *MGX*; ad fratris memoriam, *r*.

^a For carrying her image; see *Calig.* xv. 1, and cf. *Tib.* li. 2.

^b Germanicus.

^c See *Aug.* xcviii. 5. The comedy was doubtless written by Germanicus; see *Calig.* iii. 2.

^d See *Jul.* lxxvi. 1.

that they had also demanded his own death. Then turning to the duties of family loyalty, he adopted as his most sacred and frequent oath "By Augustus." He had divine honours voted his grandmother Livia and a chariot drawn by elephants in the procession at the Circus,^a like that of Augustus; also public offerings to the shades of his parents and in addition annual games in the Circus on his father's birthday and for his mother a carriage to bear her image through the Circus and the surname of Augusta, which she had declined during her lifetime. In memory of his brother,^b whom he took every opportunity of honouring, he brought out a Greek comedy in the contest at Naples^c and awarded it the crown in accordance with the decision of the judges. He did not leave even Mark Antony unhonoured or without grateful mention, declaring once in a proclamation that he requested the more earnestly that the birthday of his father Drusus be celebrated because it was the same as that of his grandfather Antony. He completed the marble arch to Tiberius near Pompey's theatre, which had been voted some time before by the senate, but left unfinished. Even in the case of Gaius, while he annulled all his acts, yet he would not allow the day of his death to be added to the festivals, although it was also the beginning of his own reign.

XII. But in adding to his own dignity he was modest and unassuming, refraining from taking the forename Imperator,^d refusing excessive honours, and passing over the betrothal of his daughter and the birthday of a grandson in silence and with merely private ceremonies. He recalled no one from exile except with the approval of the senate. He obtained from the

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

Ut sibi in curiam praefectum praetori tribunosque militum secum inducere liceret utque rata essent quae procuratores sui in iudicando statuerent, 2 precario exegit. Ius nundinarum in privata praedia a consilibus petit. (Cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit; eosdem spectacula edentis surgens et ipse cum cetera turba voce ac manu veneratus est. Tribunis plebis adeuntibus se pro tribunali excusavit, quod propter 3 angustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus et militem quasi proditorem et senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter et mox plures a magistratibus in rostra producti salvum et appropinquare confirmarent.

XIII. Nec tamen expers insidiarum usque quaque permansit, sed et a¹ singulis et per factionem et denique civili bello infestatus est. E plebe homo nocte media iuxta cubiculum eius cum pugione deprehensus est; reperti et equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro praestolantes, alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud 2 Martis aedem adoreretur. Conspiraverunt autem ad res novas Gallus Asinius et Statilius Corvinus,

¹ sed et a, T; et aeta, M; et a, GX.

members as a favour the privilege of bringing into the House with him the prefect of the praetorian guard and the tribunes of the soldiers, and the ratification of the judicial acts of his agents in the provinces. He asked the consuls for permission to hold fairs on his private estates. He often appeared as one of the advisers at cases tried before the magistrates; and when they gave games, he also arose with the rest of the audience and showed his respect by acclamations and applause. When the tribunes of the commons appeared before him as he sat upon the tribunal, he apologised to them because for lack of room he could not hear them unless they stood up.

By such conduct he won so much love and devotion in a short time, that when it was reported that he had been waylaid and killed on a journey to Ostia, the people were horror stricken and with dreadful execrations continued to assail the soldiers as traitors, and the senate as murderers, until finally one or two men, and later several, were brought forward upon the rostra by the magistrates and assured the people that Claudius was safe and on his way to the city.

XIII. Yet he did not remain throughout without experience of treachery, but he was attacked by individuals, by a conspiracy, and finally by a civil war. A man of the commons was caught near his bed-chamber in the middle of the night, dagger in hand; and two members of the equestrian order were found lying in wait for him in public places, one ready to attack him with a sword-cane as he came out of the theatre, the other with a hunting knife as he was sacrificing in the temple of Mars. Asinius Gallus and Statilius Corvinus, grandsons

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

Pollionis ac Messalae oratorum nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius atque servis. Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Delmatiae legatus; verum intra quintum diem oppressus est legionibus, quae sacramentum mutaverant, in paenitentiam religione conversis, postquam denunciato ad novum imperatorem itinere casu quodam ac divinitus neque aquila ornari neque signa convelli moverique potuerunt.

XIV. Consulatus super pristinum quattuor gessit; ex quibus duos primos iunctim, sequentis per intervallum quarto quemque anno, semenstrem novissimum, bimenstris ceteros, tertium autem novo circa principem exemplo in locum demortui suffectus. Ius et consul et extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus sollemnibus, nonnumquam festis quoque antiquitus et religiosis. Nec semper praescripta legum secutus duritiam lenitatemve multarum ex bono et aequo, perinde ut adficeretur, moderatus est; nam et iis, qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones et in maiore fraude convictos legitimam poenam supergressus ad bestias condemnavit.

XV. In cognoscendo autem ac decernendo mira varietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam frivolus amentique similis. Cum decurias rerum

^a With garlands and perfumes; cf. note on *Tib.* xlviii. 2.

^b See note on *Jul.* lxii. It was considered a bad omen if it was difficult to pull the standards from the ground.

^c Before his own tribunal.

of the orators Pollio and Messala, conspired to overthrow him, aided by a number of his own freedmen and slaves. The civil war was set on foot by Furius Camillus Scribonianus, governor of Dalmatia; but his rebellion was put down within five days, since the legions which had changed their allegiance were turned from their purpose by superstitious fear; for when the order was given to march to their new commander, by some providential chance the eagles could not be adorned^a nor the standards pulled up and moved.^b

XIV. He held four consulships in addition to his original one. Of these the first two were in successive years, while the other two followed at intervals of four years each, the last for six months, the others for two; and in his third he was substituted for one of the consuls who had died, a thing which was without precedent in the case of an emperor. He administered justice most conscientiously both as consul and when out of office, even on his own anniversaries and those of his family, and sometimes even on festivals of ancient date and days of ill-omen. He did not always follow the letter of the laws, but modified their severity or lenity in many cases according to his own notions of equity and justice; for he allowed a new trial to those who had lost their cases before private judges by demanding more than the law prescribed, while, overstepping the lawful penalty, he condemned to the wild beasts those who were convicted of especially heinous crimes.

XV. But in hearing and deciding cases^c he showed strange inconsistency of temper, for he was now careful and shrewd, sometimes hasty and inconsiderate, occasionally silly and like a crazy man. In revising

42, 43,
47, 51
A.D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

actu expungeret, eum, qui dissimulata vacatione quam beneficio liberorum habebat responderat, ut cupidum iudicandi dimisit; alium interpellatum ab adversariis de propria lite negantemque cognitionis rem sed ordinarii iuris esse, agere causam confestim apud se coegit, proprio negotio documentum daturum, quam aequus iudex in alieno negotio
 2 futurus esset. Feminam non agnoscentem filium suum dubia utrimque argumentorum fide ad confessionem compulit indicto matrimonio iuvenis. Absentibus secundum praesentes facillime dabat, nullo dilectu culpane quis an¹ aliqua necessitate cessasset. Proclamante quodam praecidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machaera mensaque lanionia flagitavit. Peregrinitatis reum orta inter advocatos levi contentione, togatumne an palliatum dicere causam oporteret, quasi aequitatem integram ostentans, mutare habitum saepius et prout
 3 accusaretur defendereturve, iussit. De quodam etiam negotio ita ex tabella pronuntiasse creditur, secundum eos se sentire, qui vera proposuissent. Propter quae usque eo evilit, ut passim ac propalam contemptui esset. Excusans quidam testem e

¹ an, *Stephanus* ; in, *Ω*.

* More literally "the decuries for court duty," to distinguish them from the decuries of knights, scribes, etc.

^b That is, he enjoyed the privileges of the *ius trium liberorum*, one of which was freedom from jury duty.

^c Cf. Dio, 60. 28.

^d Only a Roman citizen had the right to wear the toga.

THE DEIFIED CLAUDIUS

the lists of the divisions of jurors^a he disqualified a man who had presented himself without mentioning that he was immune because of the number of his children,^b on the ground that he had a passion for jury-duty. Another, who was challenged by his opponents about a suit of his own, said that it did not come before Caesar's tribunal, but the ordinary courts; whereupon Claudius compelled him at once to bring the case before him, saying that the man would show in a case affecting his own interests how just a juror he would be in the affairs of others. When a woman refused to recognise her son, and the evidence on both sides was conflicting, he forced her to admit the truth by ordering her to marry the young man. Whenever one party to a suit was absent, he was prone to decide in favour of the one who was present, without considering whether his opponent had failed to appear through his own fault or from a necessary cause.^c On a man's being convicted of forgery, some one cried out that his hands ought to be cut off; whereupon Claudius insisted that an executioner be summoned at once with knife and block. In a case involving citizenship a fruitless dispute arose among the advocates as to whether the defendant ought to make his appearance in the toga^d or in a Greek mantle, and the emperor, with the idea of showing absolute impartiality, made him change his garb several times, according as he was accused or defended. In one case he is credited with having rendered the following decision, which he had actually written out beforehand: "I decide in favour of those who have told the truth." By such acts as these he so discredited himself that he was held in general and open contempt. One man

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- provincia ab eo vocatum negavit praesto esse posse dissimulata diu causa; ac post longas demum interrogationes: "Mortuus est," inquit, "puto, licuit." Alius gratias agens quod reum defendi pateretur, adiecit: "Et tamen fieri solet." Illud quoque a maioribus natu audiebam, adeo causidicos patientia eius solitos abuti, ut discedentem e tribunali non solum voce revocarent, sed et lacinia togae retenta, interdum pede apprehenso detinerent.
- 4 Ac ne cui haec mira sint, litigatori Graeculo vox in altercatione excidit: Καὶ τὸν γέρον ἐὶ καὶ μωρός. Equitem quidem Romanum obscaenitatis in feminas reum, sed falso et ab impotentibus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari adversus se et audiri pro testimonio videret, graphium et libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiae et saevitiae exprobratione iecisse in faciem eius, ut genam non leviter perstrinxerit.

XVI. Gessit et censuram intermissam diu post Plancum Paulumque censores, sed hanc quoque inaequabiliter varioque et animo et eventu. Recognitione equitum iuvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum; alium corruptelis adulteriisque famosum nihil amplius

* On these see Aug. xxxix.

THE DEIFIED CLAUDIUS

in making excuses for a witness that the emperor had summoned from one of the provinces, said that he could not appear, but for a long time would give no reason ; at last, after a long series of questions, he said : " He's dead ; I think the excuse is a lawful one." Another in thanking the emperor for allowing him to defend his client added " After all, it is usual." I myself used to hear older men say that the pleaders took such advantage of his good-nature, that they would not only call him back when he left the tribunal, but would catch hold of the fringe of his robe, and sometimes of his foot, and thus detain him. To prevent any surprise at this, I may add that a common Greek pettifogger let slip this remark in a hot debate : " You are both an old man and a fool." All the world knows that a Roman knight who was tried for improper conduct towards women, but on a false charge trumped up by unscrupulous enemies, seeing common strumpets called as witnesses against him and their testimony admitted, hurled the stylus and tablets which he held in his hand into the emperor's face with such force as to cut his cheek badly, at the same time loudly reviling his cruelty and stupidity.

XVI. He also assumed the censorship, which had 48 A.D.
long been discontinued, ever since the term of
Plancus and Paulus, but in this office too he was 22 B.C.
variable, and both his theory and his practice were
inconsistent. In his review of the knights he
let off a young man of evil character, whose father
said that he was perfectly satisfied with him, without
any public censure,^a saying " He has a censor of his
own." Another who was notorious for corruption
and adultery he merely admonished to be more

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- quam monuit, ut aut parcius aetatulae indulgeret aut certe cautius; addiditque: "Quare enim ego scio, quam amicam habeas?" Et cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appositam notam: "Litura tamen," inquit, "exstet." Splendidum virum Graeciaeque provinciae principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasit, sed in peregrinitatem redegit. Nec quemquam nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono rationem vitae passus est reddere. Notavitque multos, et quosdam inopinantis et ex causa novi generis, quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent; quendam vero et quod comes regis in provincia fuisset, referens maiorum temporibus Rabirio Postumo Ptolemaeum Alexandriam crediti servandi causa secuto crimen maiestatis apud iudices motum.
- 3 Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia sed (suo maiore dedecore,) innoxios fere repperit, quibuscumque caelibatum aut orbitatem aut egestatem obiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus; eo quidem, qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur, inlaesum corpus veste deposita
- 4 ostentante. Fuerunt et illa in censura eius notabilia, quod essedum argenteum sumptuose fabricatum ac venale ad Sigillaria redimi concidique coram imperavit; quodque uno die XX edicta proposuit, inter quae duo, quorum altero admonebat, ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur; altero,

^a By affixing the *nota*, or mark of disgrace, to their names on the census-list.

^b Referring to the street or quarter; see note on chap. v.

THE DEIFIED CLAUDIUS

restrained in his indulgence, or at any rate more circumspect, adding, "For why should I know what mistress you keep?" When he had removed the mark of censure affixed to one man's name, yielding to the entreaties of the latter's friends, he said: "But let the erasure be seen." He not only struck from the list of jurors a man of high birth, a leading citizen of the province of Greece, because he did not know Latin, but even deprived him of the rights of citizenship; and he would not allow anyone to render an account of his life save in his own words, as well as he could, without the help of an advocate. And he degraded^a many, some contrary to their expectation and on the novel charge that they had left Italy without consulting him and obtaining leave of absence; one man merely because he had been companion to a king in his province, citing the case of Rabirius Postumus, who in bygone days had been tried for treason because he had followed Ptolemy to Alexandria, to recover a loan. When he attempted to degrade still more, he found them in most cases blameless; for owing to the great carelessness of his agents, but to his own greater shame, those whom he accused of celibacy, childlessness, or lack of means proved that they were married, or fathers, or well-to-do. In fact, one man, who was charged with having stabbed himself, stripped off his clothing and showed a body without a scar. Other noteworthy acts of his censorship were the following: he had a silver chariot of costly workmanship, which was offered for sale in the Sigillaria,^b bought and cut to pieces in his presence; in one single day he made twenty proclamations, including these two: "As the yield of the vineyards is bountiful, the wine jars

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

nihil aequè facere ad viperae morsum quam taxi arboris sucum.

XVII. Expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam. Cum decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus levio¹rem maiestati principali¹ titulum arbitraretur velletque iusti triumphi decus, unde adquireret Britanniam potissimum elegit, neque temptatam ulli post Divum Iulium et tunc
 2 tumultuantem ob non redditos transfugas.) Huc cum ab Ostia navigaret, vehementi circio bis paene demersus est, prope Liguriam iuxtaque Stoechadas² insulas. Quare a Massilia Gesoriacum usque pedestri itinere confecto inde transmisit ac sine ullo proelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam rediit triumphavitque maximo
 3 apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum praesidibus provinciarum permisit, verum etiam exsulibus quibusdam; atque inter hostilia spolia navalem coronam fastigio Palatinae domus iuxta civicam fixit, traieci et quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messalina uxor carpento secuta est; secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus et in praetexta, M.³ Crassus Frugi equo phalerato et in veste palmata, quod eum honorem iteraverat.

XVIII. Urbis annonaeque curam sollicitissime

¹ principali, ς ; principalem, Ω .

² Stoechadas, ς ; Stochadas, Ω .

³ praetexta M., G ; praetextam, M ; pretexta, X ; eodem . palmata, *omitted by T.*

^a Suetonius is vague. Dio, 60. 19, says that one Bericius, who had been expelled from the island during a revolution,

THE DEIFIED CLAUDIUS

should be well pitched"; and "Nothing is so effective a cure for snake-bite as the juice of the yew tree."

XVII. He made but one campaign and that of little importance. When the senate voted him the triumphal regalia, thinking the honour beneath the imperial dignity and desiring the glory of a legitimate triumph, he chose Britain as the best place for gaining it, a land that had been attempted by no one since the Deified Julius and was just at that time in a state of rebellion because of the refusal to return certain deserters.^a On the voyage thither from Ostia he was nearly cast away twice in furious north-westerns, off Liguria and near the Stoechades islands. Therefore he made the journey from Massilia all the way to Gesoriacum by land, crossed from there, and without any battle or bloodshed received the submission of 44 A D a part of the island, returned to Rome within six months after leaving the city, and celebrated a triumph of great splendour. To witness the sight he allowed not only the governors of the provinces to come to Rome, but even some of the exiles; and among the tokens of his victory he set a naval crown on the gable of the Palace beside the civic crown, as a sign that he had crossed and, as it were, subdued the Ocean. His wife Messalina followed his chariot in a carriage, as did also those who had won the triumphal regalia in the same war; the rest marched on foot in purple-bordered togas, except Marcus Crassus Frugi, who rode a caparisoned horse and wore a tunic embroidered with palms, because he was receiving the honour for the second time.

XVIII. He always gave scrupulous attention to persuaded Claudius to send troops there. Possibly the reference is to the deserters mentioned in *Calig.* xlv.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

semper egit. Cum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit ac deficiente militum ac familiarum turba auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis convocavit ac positis ante se cum pecunia fisci ad subveniendum hortatus est, repraesentans pro opera dignam cuique mercedem.

Artiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio Foro a turba conviciisque et simul fragminibus panis ita infestatus, ut aegre nec nisi postico evadere in Palatium valuerit, nihil non excogitavit¹ ad invehendos etiam tempore hiberno commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset, et naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit pro

XIX. condicione cuiusque: civi² vacationem legis Papiae Poppaeae, Latino ius Quiritium, feminis ius IIII liberorum; quae constituta hodieque servantur.

XX. Opera magna potius et necessaria³ quam multa perfecit, sed vel praecipua: ductum aquarum a Gaio incohatum, item emissarium Fucini lacus portumque Ostiensem, quanquam sciret ex iis

¹ excogitavit, *T5*; the other mss. have ex eo cogitavit; ex eo agitavit, *Bentley*.

² civi, *Turnebus*; civis, *Ω*; civibus, *5*.

³ magna potius et necessaria, suggested by *Ihm*; magna potius quam n., mss. The second quam is omitted by *Π¹Q*.

* A suburb of Rome, lying north of the city, outside of the Servian wall.

† A large building in the campus Martius, where the votes cast in the elections were sorted and counted; according to Dio, 55. 8, the largest building ever covered by a single roof.

• Passed in 9 A.D., after the failure of Augustus' law *de maritandis ordinibus*; see *Aug.* xxxiv.

the care of the city and the supply of grain. On the occasion of a stubborn fire in the Aemiliana^a he remained in the Diribitorium^b for two nights, and when a body of soldiers and of his own slaves could not give sufficient help, he summoned the commons from all parts of the city through the magistrates, and placing bags full of money before them, urged them to the rescue, paying each man on the spot a suitable reward for his services. **When there was a scarcity of grain because of long-continued droughts,** he was once stopped in the middle of the Forum by a mob and so pelted with abuse and at the same time with pieces of bread, that he was barely able to make his escape to the Palace by a back door; **and after this experience he resorted to every possible means to bring grain to Rome, even in the winter season.** To the merchants he held out the certainty of profit by assuming the expense of any loss that they might suffer from storms, and offered to those who would build merchant ships large bounties, adapted to the condition of each: to a citizen exemption from the *lex Papia Poppaea*^c; to a Latin^d the rights of Roman citizenship; to women the privileges allowed the mothers of four children.^e And all these provisions are in force to-day.

XX. The public works which he completed were great and essential rather than numerous; they were in particular the following: an aqueduct begun by Gaius; also the outlet of Lake Fucinus and the harbour at Ostia, although in the case of the last two he

^a See note on *Aug.* xlvii.

^b These were numerous and varied; cf. Dio, 55. 2.

- alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum, alterum a Divo Iulio saepius destinatum ac propter difficultatem omissum. Claudiae aquae gelidos et uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albudigno nomen est, simulque rivum Anienis novi lapideo opere in urbem perduxit divisitque in plurimos et ornatissimos lacus.
- 2 Fucinum adgressus est non minus compendii spe quam gloriae, cum quidam privato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum¹ milia partim effosso² monte partim exciso canalem absolvit aegre et post undecim annos, quamvis continuis XXX hominum
- 3 milibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiae extruxit circumducto dextra sinistraque brachio et ad introitum profundo iam solo³ mole obiecta; quam quo stabilius fundaret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat advectus, congestisque pilis superposuit altissimam turrem in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent.

XXI. Congiaria populo saepius distribuit. Spectacula quoque complura et magnifica edidit, non usitata modo ac solitis locis, sed et commenticia et ex antiquitate repetita, et ubi praeterea nemo ante

¹ passus, *MGL*.

² effosso, *S*; exfossa, *M*; the other mss. have exfosso except *T*, which omits effosso monte partim; ecfosso, *Roth*.

³ salo, *Stephanus*.

^a This had been brought by Gaius from Heliopolis and set up in the *spina* of his circus, near the Vatican hill. It now stands before the cathedral of St. Peter. The great ship in which it was transported to Rome from Alexandria is described by Pliny, *N.H.* 16. 201.

THE DEIFIED CLAUDIUS

knew that Augustus had refused the former to the Marsians in spite of their frequent requests, and that the latter had often been thought of by the Deified Julius, but given up because of its difficulty. He brought to the city on stone arches the cool and abundant founts of the Claudian aqueduct, one of which is called *Caeruleus* and the other *Curtius* and *Albudignus*, and at the same time the spring of the new *Anio*, distributing them into many beautifully ornamented pools. He made the attempt on the *Fucine Lake* as much in the hope of gain as of glory, inasmuch as there were some who agreed to drain it at their own cost, provided the land that was uncovered be given to them. He finished the outlet, which was three miles in length, partly by levelling and partly by tunnelling a mountain, a work of great difficulty and requiring eleven years, although he had thirty thousand men at work all the time without interruption. He constructed the harbour at *Ostia* by building curving breakwaters on the right and left, while before the entrance he placed a mole in deep water. To give this mole a firmer foundation, he first sank the ship in which the great obelisk^a had been brought from *Egypt*, and then securing it by piles, built upon it a very lofty tower after the model of the *Pharos* at *Alexandria*, to be lighted at night and guide the course of ships.

XXI. He very often distributed largesses to the people. He also gave several splendid shows, not merely the usual ones in the customary places, but some of a new kind and some revived from ancient times, and in places where no one had ever given

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restituerat, e tribunali posito in orchestra commisit, cum prius apud superiores aedes supplicasset perque mediam caveam sedentibus ac silentibus
 2 cunctis descendisset. Fecit et saeculares, quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reservatos, quamvis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. Quare vox praeconis irrita est invitantis (more sollemni) ad ludos, quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset, cum superessent adhuc qui spectaverant, et quidam histrionum producti olim tunc quoque producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnumquam interiecta
 3 per quinos missus venatione. Circo vero Maximo marmoreis carceribus auratisque metis, quae utraque et tofina ac lignea antea fuerant, exculto propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis; ac super quadrigarum certamina Troiae lusum exhibuit et Africanas, conficiente turma equitum praetorianorum, ducibus tribunis ipsoque praefecto; praeterea Thessalos equites, qui feros tauros per

* Pompey placed the temple of Venus Victrix at the top of his theatre, so that the seats of the auditorium formed an approach to it. There were also shrines of Honour, Virtus and Felicitas; see Pliny, *N.H.* 8. 20. ^b See *Aug.* xxxi. 4.

* Built by Gaius; see note on chap. xx. 3.

^d The *carceres* were compartments closed by barriers, one for each chariot. They were probably twelve in number and were so arranged as to be at an equal distance from the starting point of the race. When the race began, the barriers were removed. The *metae*, or "goals," were three conical pillars at each end of the *spina*, or low wall which ran down the middle of the arena, about which the chariots had to run a given number of times, usually seven; see *Dom.* iv. 3.

them before. He opened the games at the dedication of Pompey's theatre, which he had restored when it was damaged by a fire, from a raised seat in the orchestra, after first offering sacrifice at the temples^a in the upper part of the auditorium and coming down through the tiers of seats while all sat in silence. He also celebrated secular games,^b alleging that they had been given too early by Augustus and not reserved for the regular time; although he himself writes in his own History that when they had been discontinued for a long time, Augustus restored them to their proper place after a very careful calculation of the intervals. Therefore the herald's proclamation was greeted with laughter, when he invited the people in the usual formula to games "which no one had ever seen or would ever see again"; for some were still living who had seen them before, and some actors who had appeared at the former performance appeared at that time as well. He often gave games in the Vatican Circus^c also, at times with a beast-baiting between every five races. But the Great Circus he adorned with barriers of marble and gilded goals,^d whereas before they had been of tufa and wood, and assigned special seats to the senators, who had been in the habit of viewing the games with the rest of the people. In addition to the chariot races he exhibited the game called Troy and also panthers, which were hunted down by a squadron of the praetorian cavalry under the lead of the tribunes and the prefect himself; likewise Thessalian horseman, who drive wild bulls all over the arena, leaping upon them

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

spatia circi agunt insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt.

- 4 Gladiatoria munera plurifariam¹ ac multiplicia exhibuit: anniversarium in castris praetorianis sine venatione apparatuque, iustum atque legitimum in Saeptis; ibidem extraordinarium et breve dierumque paucorum, quodque appellare coepit "sportulam," quia primum daturus edixerat,² velut ad subitam
- 5 condictamque cenulam invitare se populum. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo voce digitisque numeraret ac saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos identidem appellans, immixtis interdum frigidis et arcessitis iocis; qualis est ut cum Palumbum postulantibus daturum se promisit, si captus esset. Illud plane quantumvis salubriter et in tempore: cum essedario, pro quo quattuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem, tabulam ilico misit admonens populum, quanto opere liberos suscipere deberet, quos videret
- 6 et gladiatori praesidio gratiaeque esse. Edidit et in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam et deditionem Britanniae

¹ plurifariam, R ζ ; plurifaria, Ω (multifaria, G).

² daturus edixerat, *Basle ed. of 1533*; daturum se dixerat, Ω (dixerant, Υ).

* See note on *Aug.* lxxiv.

^b Instead of keeping it covered with his toga, an undignified performance for an emperor.

^c "The Dove," nickname of a gladiator.

^d The symbol of discharge; cf. *Hor. Epist.* 1. 1. 2.

* See note on *Calig.* xxxv. 3.

when they are tired out and throwing them to the ground by the horns.

He gave many gladiatorial shows and in many places: one in yearly celebration of his accession, in the Praetorian Camp without wild beasts and fine equipment, and one in the Saepta of the regular and usual kind; another in the same place not in the regular list, short and lasting but a few days, to which he was the first to apply the name of *sportula*,^a because before giving it for the first time he made proclamation that he invited the people "as it were to an extempore meal, hastily prepared." Now there was no form of entertainment at which he was more familiar and free, even thrusting out his left hand,^b as the commons did, and counting aloud on his fingers the gold pieces which were paid to the victors; and ever and anon he would address the audience, and invite and urge them to merriment, calling them "masters" from time to time, and interspersing feeble and far-fetched jokes. For example, when they called for Palumbus^c he promised that they should have him, "if he could be caught." The following, however, was both exceedingly timely and salutary; when he had granted the wooden sword^d to an *essedarius*,^e for whose discharge four sons begged, and the act was received with loud and general applause, he at once circulated a note, pointing out to the people how greatly they ought to desire children, since they saw that they brought favour and protection even to a gladiator. He gave representations in the Campus Martius of the storming and sacking of a town in the manner of real warfare, as well as of the surrender of the kings of the Britons, and

regum praeseditque paludatus. Quin et emissurus Fucinum lacum naumachiam ante commisit. Sed cum proclamantibus naumachiariis: "Have imperator, morituri te salutant!" respondisset: "Aut non,"¹ neque post hanc vocem quasi venia data quisquam dimicare vellet, diu cunctatus an omnes igni ferroque absumeret, tandem e sede sua prosiluit ac per ambitum lacus non sine foeda vacillatione² discurrens partim minando partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, ex-ciente³ bucina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emergerat.

XXII. Quaedam circa caerimonias civilemque et militarem morem, item circa omnium ordinum statum domi forisque aut correxit aut exoleta revocavit aut etiam nova instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi iuratus nominavit; observavitque sedulo, ut quotiens terra in urbe movisset, ferias (advocata contione) praetor indiceret, utque dira ave⁴ in Capitolio visa obsecratio haberetur, eamque ipse iure maximi pontificis pro rostris populo praeiret summotaque operariorum servorumque turba.

XXIII. Rerum actum divisum antea in hibernos aestivosque menses) coniunxit. Iuris dictionem de

¹ aut non] avete vos, ς .

² vacillatione, ς ; bacillatione, Ω .

³ exciente, ΠR ; the other mss. have eiciente (eitiente, G).

⁴ ave, Roth (avi, Turnebus); aut, $MGLP$; aut in urbe aut, ΥO .

* About to die; one of Claudius's feeble jokes, which the combatants pretended to understand as meaning that they need not risk their lives in battle. ^b See chap. xxx. below.

* That those whom he had selected were worthy of the honour.

presided clad in a general's cloak. Even when he was on the point of letting out the water from Lake Fucinus he gave a sham sea-fight first. But when the combatants cried out: "Hail, emperor, they who are about to die salute thee," he replied, "Or not,"^a and after that all of them refused to fight, maintaining that they had been pardoned. Upon this he hesitated for some time about destroying them all with fire and sword, but at last leaping from his throne and running along the edge of the lake with his ridiculous tottering gait,^b he induced them to fight, partly by threats and partly by promises. At this performance a Sicilian and a Rhodian fleet engaged, each numbering twelve triremes, and the signal was sounded on a horn by a silver Triton, which was raised from the middle of the lake by a mechanical device.

XXII. Touching religious ceremonies and civil and military customs, as well as the condition of all classes at home and abroad, he corrected various abuses, revived some old customs or even established new ones. In admitting priests into the various colleges he never named anyone until he had first taken oath,^c and he scrupulously observed the custom of having the praetor call an assembly and proclaim a holiday, whenever there was an earthquake within the city; as well as that of offering up a supplication whenever a bird of ill-omen was seen on the Capitol. This last he himself conducted in his capacity of chief priest, first reciting the form of words to the people from the rostra, after all mechanics and slaves had been ordered to withdraw.

XXIII. The season for holding court, formerly divided into a winter and a summer term, he made

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

fidei commissis quotannis et tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum atque etiam per provincias potestatibus demandavit. Capiti Papiæ Poppææ legis a Tiberio Cesare, quasi sexagenarii
 2 generare non possent, addito obrogavit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur, utque ii, quibus a magistratibus provinciae interdicerentur, urbe quoque et Italia summoventur. Ipse quosdam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab urbe.

De maiore negotio acturus in curia medius inter consulum sellas tribuniciove¹ subsellio sedebat. Commeatus a senatu peti solitos benefici sui fecit.

XXIV. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. Senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio affirmasset non lecturum se senatorem nisi civis R. abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub condicione si prius ab equite R. adoptatus esset; ac sic quoque reprehensionem verens, et Appium Caecum censorem, generis sui proauctorem,

¹ tribuniciove, *Mommsen*; sella vel tribunicio, *Smilda*; tribunicio, *mss.*

* See *Galba* xiv. 3, from which it appears that Claudius made the summer and autumn seasons continuous, and did away with the winter term.

† The *relegatio* was a milder form of exile, without loss of citizenship or confiscation of property, but in this case the offenders were not banished, but confined to the city and its immediate vicinity.

• The *procuratores* were the emperor's agents, who performed various administrative duties throughout the empire. They were members of the equestrian order and were ranked on the basis of their annual stipend as *trecenarii*, *ducenarii*,

continuous.^a Jurisdiction in cases of trust, which it had been usual to assign each year and only to magistrates in the city, he delegated for all time and extended to the governors of the provinces. He annulled a clause added to the *lex Papia Poppaea* by Tiberius, implying that men of sixty could not beget children. He made a law that guardians might be appointed for orphans by the consuls, contrary to the usual procedure, and that those who were banished from a province by its magistrates should also be debarred from the city and from Italy. He himself imposed upon some a new kind of punishment,^b by forbidding them to go more than three miles outside of the city.

When about to conduct business of special importance in the House, he took his seat between the two consuls or on the tribunes' bench. He reserved to himself the granting of permission to travel, which had formerly been requested of the senate.

XXIV. He gave the consular regalia even to the second grade of stewards.^c If any refused senatorial rank,^d he took from them that of knight also. Though he had declared at the beginning of his reign that he would choose no one as a senator who did not have a Roman citizen for a great-great-grandfather, he gave the broad stripe even to a freedman's son, but only on condition that he should first be adopted by a Roman knight. Even then, fearful of criticism, he declared that the censor Appius Caecus, the ancient founder of his

centenarii, and *sexagenarii*, receiving respectively 300,000, 200,000, 100,000, and 60,000 sesterces.

^a A common reason for this was the desire to engage in business, which senators were not allowed to do.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- libertinorum filios in senatum adlegisse docuit, ignarus temporibus Appi et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos, qui manu emitterentur, sed ingenuos
- 2 ex his procreatos. Collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorium munus iniunxit detractaque Ostiensi et Gallica provincia curam aerari Saturni reddidit, quam medio tempore praetores aut, uti nunc, praetura functi sustinuerant.
- 3 Triumphalia ornamenta Silano, filiae suae sponso, nondum puberi dedit, maioribus vero natu tam multis tamque facile, ut epistula communi¹ legionum nomine exstiterit petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quaerent. Aulo Plautio etiam ovationem decrevit ingressoque urbem obviam progressus et in Capitolium eunti et inde rursus revertenti latus textit. Gabinio Secundo Cauchis gente Germanica superatis cognomen Cauchi² usurpare concessit.

XXV. Equestris militias ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret; stipendiaque instituit et imaginariae militiae genus, quod vocatur "supra numerum," quo absentes et titulo tenus fungerentur. Milites domus senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus R.

¹ communi, *Basle ed. of 1533* (5 ?); communis, *Ω*.

² Cauchi, *suggested by Ihm*; Cauchius, *mss.*

* The state treasury, located in the temple of Saturn in the Forum; cf. *Aug.* xxxvi.

^b According to Tac., *Ann.* 11. 20, this was done by the legions in Germany.

family, had chosen the sons of freedmen into the senate; but he did not know that in the days of Appius and for some time afterwards the term *libertini* designated, not those who were themselves manumitted, but their freeborn sons. He obliged the college of quaestors to give a gladiatorial show in place of paving the roads; then depriving them of their official duties at Ostia and in Gaul, he restored to them the charge of the treasury of Saturn,^a which had in the meantime been administered by praetors, or by ex-praetors, as in our time.

He gave the triumphal regalia to Silanus, his daughter's affianced husband, who was still a boy, and conferred them on older men so often and so readily, that a joint petition was circulated in the name of the legions,^b praying that those emblems be given the consular governors at the same time with their armies, to prevent their seeking all sorts of pretexts for war. To Aulus Plautius he also granted an ovation, going out to meet him when he entered the city, and giving him the wall as he went to the Capitol and returned again. He allowed Gabinius Secundus to assume the surname of Cauchius because of his conquest of the Cauchi, a German nation.

XXV. He rearranged the military career of the knights, assigning a division of cavalry after a cohort, and next the tribunate of a legion. He also instituted a series of military positions and a kind of fictitious service, which is called "supernumerary" and could be performed *in absentia* and in name only. He even made the Fathers pass a decree forbidding soldiers to enter the houses of senators to pay their respects. He con-

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

agerent, publicavit, ingratos et de quibus patroni quererentur revocavit in servitutem advocatisque eorum negavit se adversus liberos ipsorum ius dicturum. Cum quidam aegra et adfecta mancipia in insulam Aesculapi taedio medendi exponerent, omnes qui exponerentur liberos esse sanxit, nec redire in dicionem domini, si convaluissent; quod si quis necare quem mallet quam exponere, caedis crimine teneri. Viatores ne per Italiae oppida nisi aut pedibus aut sella aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit.

3 Peregrinae condicionis homines vetuit usurpare Romana nomina dum taxat gentilicia. Civitatem R. usurpantes in campo Esquilino¹ securi percussit. Provincias Achaïam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit, Rhodiis ob paenitentiam veterum delictorum reddidit Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit recitata vetere epistula Graeca

¹ Esquilino, *GQT*; the other mss. have Esquilinio.

^a That is, if their own freedmen proved ungrateful and they wished to bring suit against them.

^b In the Tiber at Rome, so-called from its temple of Aesculapius.

^c That is, the gentile names such as Claudius, Cornelius, etc.; apparently forenames (Gaius, Lucius, and the like) and surnames (Lentulus, Nasica) might be assumed, although a foreigner often retained his native name as a surname.

^d The part of the Esquiline hill on both sides of the Servian wall; occupied in part by the Gardens of Maecenas; see Hor. *Serm.* 1. 8. The place of execution seems to have been outside of the Porta Esquilina.

THE DEIFIED CLAUDIUS

fiscated the property of those freedmen who passed as Roman knights, and reduced to slavery again such as were ungrateful and a cause of complaint to their patrons, declaring to their advocates that he would not entertain a suit against their own freedmen.^a When certain men were exposing their sick and worn out slaves on the Island of Aesculapius^b because of the trouble of treating them, Claudius decreed that all such slaves were free, and that if they recovered, they should not return to the control of their master; but if anyone preferred to kill such a slave rather than to abandon him, he was liable to the charge of murder. He provided by an edict that travellers should not pass through the towns of Italy except on foot, or in a chair or litter. He stationed a cohort at Puteoli and one at Ostia, to guard against the danger of fires.

He forbade men of foreign birth to use the Roman names so far as those of the clans^c were concerned. Those who usurped the privileges of Roman citizenship he executed in the Esquiline field.^d He restored to the senate the provinces of Achaia and Macedonia, which Tiberius had taken into his own charge. He deprived the Lycians of their independence because of deadly intestine feuds, and restored theirs to the Rhodians, since they had given up their former faults. He allowed the people of Ilium perpetual exemption from tribute, on the ground that they were the founders of the Roman race, reading an ancient letter of the senate and people of

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

- senatus populiq[ue] R. Seleuco regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset.
- 4 Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantis Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum et fiducia commotus, quod in popularia deducti, cum animadvertissent Parthos et Armenios sedentis in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriore
- 5 virtutem aut condicionem suam praedicantes. Druidarum¹ religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum civibus sub Augusto interdictam penitus abolevit; contra sacra Eleusinia etiam transferre ex Attica Romam conatus est, templumque in Sicilia Veneris Erycinae vetustate conlapsum ut ex aerario pop. R. reficeretur, auctor fuit. Cum regibus foedus in Foro icit² porca caesa ac vetere fetialium praefatione adhibita. Sed et haec et cetera totumque adeo ex parte magna principatum non tam suo quam uxorum libertorumque arbitrio administravit, talis ubique plerumque, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet.

XXVI. Sponsas admodum adulescens duas habuit: Aemiliam Lepidam Augusti proneptem, item Liviam

¹ Druidarum, ΝϚ; Driadarum, Ω.

² icit, *Sabellicus*; iecit, Ω.

* Another form of Christus; see Tert. *Apol.* 3 (at the end). It is uncertain whether Suetonius is guilty of an error in chronology or is referring to some Jew of that name. The former seems probable because of the absence of *quodam*. Tacitus, *Ann.* 15. 44, uses the correct form, Christus, and states that He was executed in the reign of Tiberius.

[†] The gender is not significant; cf. Livy 1. 24; Varr. *R. R.* 2. 49. • See Livy 1. 24.

THE DEIFIED CLAUDIUS

Rome written in Greek to king Seleucus, in which they promised him their friendship and alliance only on condition that he should keep their kinsfolk of Ilium free from every burden. Since the Jews constantly made disturbances at the instigation of Chrestus,^a he expelled them from Rome. He allowed the envoys of the Germans to sit in the orchestra, led by their naïve self-confidence; for when they had been taken to the seats occupied by the common people and saw the Parthian and Armenian envoys sitting with the senate, they moved of their own accord to the same part of the theatre, protesting that their merits and rank were no whit inferior. He utterly abolished the cruel and inhuman religion of the Druids among the Gauls, which under Augustus had merely been prohibited to Roman citizens; on the other hand he even attempted to transfer the Eleusinian rites from Attica to Rome, and had the temple of Venus Erycina in Sicily, which had fallen to ruin through age, restored at the expense of the treasury of the Roman people. He struck his treaties with foreign princes in the Forum, sacrificing a pig^b and reciting the ancient formula of the fetial priests.^c But these and other acts, and in fact almost the whole conduct of his reign, were dictated not so much by his own judgment as that of his wives and freedmen, since he nearly always acted in accordance with their interests and desires.

XXVI. He was betrothed twice at an early age: to Aemilia Lepida, great-granddaughter of Augustus,

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

Medullinam, cui et cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Camilli. Priorem, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit, posteriorem ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex
 2 valitudine amisit. Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam¹ triumphali et mox Aeliam Paetina consulari patre. Cum utraque divortium fecit, sed cum Paetina ex levibus offensis, cum Urgulanilla² ob libidinum probra et homicidii suspicionem. Post has Valeriam Messalinam, Barbati Messalae consobrini sui filiam, in matrimonium accepit. Quam cum comperisset super cetera flagitia atque dedecora C. Silio etiam nupsisse dote inter auspices consignata, supplicio adfecit confirmavitque pro contione apud praetorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in caelibatu, ac nisi permansisset,
 3 non recusaturum confodi manibus ipsorum. Nec durare valuit quin de condicionibus continuo tractaret, etiam de Paetinae, quam olim exegerat, deque Lolliae Paulinae, quae C. Caesari nupta fuerat. Verum inlecebris Agrippinae, Germanici fratris sui filiae, per ius osculi et blanditiarum occasiones pollectus in amorem, subornavit proximo senatu qui censerent, cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi rei p. maxime interesset, dandamque ceteris veniam talium coniugiorum, quae ad id tempus incesta habebantur. Ac vix uno interposito die

¹ Urgulanilla, *M*; the other mss. have Ergulanilla (erc-, *GPQ*).

² Ergulanilla, *Q* (ero-, *GPQ*).

and to Livia Medullina, who also had the surname of Camilla and was descended from the ancient family of Camillus the dictator. He put away the former before their marriage, because her parents had offended Augustus; the latter was taken ill and died on the very day which had been set for the wedding. He then married Plautia Urgulanilla, whose father had been honoured with a triumph, and later Aelia Paetina, daughter of an ex-consul. He divorced both these, Paetina for trivial offences, but Urgulanilla because of scandalous lewdness and the suspicion of murder. Then he married Valeria Messalina, daughter of his cousin Messala Barbatus. But when he learned that besides other shameful and wicked deeds she had actually married Gaius Silius, and that a formal contract had been signed in the presence of witnesses, he put her to death and declared before the assembled praetorian guard that inasmuch as his marriages did not turn out well, he would remain a widower, and if he did not keep his word, he would not refuse death at their hands. Yet he could not refrain from at once planning another match, even with Paetina, whom he had formerly discarded, and with Lollia Paulina, who had been the wife of Gaius Caesar. But his affections were ensnared by the wiles of Agrippina, daughter of his brother Germanicus, aided by the right of exchanging kisses and the opportunities for endearments offered by their relationship; and at the next meeting of the senate he induced some of the members to propose that he be compelled to marry Agrippina, on the ground that it was for the interest of the State; also that others be allowed to contract similar marriages, which up to that time had been regarded as incestuous. And he

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

confecit nuptias, non repertis qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam et altero primipilari, cuius nuptiarum officium et ipse cum Agrippina celebravit.

XXVII. Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla¹ Drusum et Claudiam, ex Paetina Antoniam, ex Messalina Octaviam et quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit. Drusum prope iam² puberem amisit (piro per lusum in sublime iactato) et hiatu oris excepto strangulatum, cum ei ante paucos dies filiam Seiani despondisset. Quo magis miror fuisse qui traderent fraude a Seiano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam aliquae coeptam, exponi tamen ad matris² ianuam et nudam iussit abici. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Sullae, nobilissimis iuvenibus, Octaviam Neroni privigno suo collocavit, Silano ante desponsam. Britannicum vicesimo imperii die inque secundo consulatu, natum sibi parvulum etiam tum, et militi pro contione manibus suis gestans et plebi (per spectacula gremio aut ante se retinens assidue commendabat faustisque ominibus³ cum adclamantium turba prosequabatur. E generis Neronem adoptavit, Pompeium atque Silanum non recusavit modo, sed et interemit.

¹ Erculanilla, Ω (herc-, *L*; erg-, *ST*).

² prope iam, *Bentley*; prope tum, *Bücheler*; Pompeis impuberem, *Lipsius*; pompeium, *ms.*

³ ominibus, ε; omnibus, Ω.

^a Of Claudius from Urgulanilla.

^b Either Suetonius is in error here, or the text is corrupt, since Claudius' second consulship did not begin until 42, and he began to reign Jan. 25, 41.

married her with hardly a single day's delay, but none were found to follow his example save a freedman and a chief centurion, whose marriage ceremony he himself attended with Agrippina.

XXVII. He had children by three of his wives : by Urgulanilla, Drusus, and Claudia ; by Paetina, Antonia ; by Messalina, Octavia and a son, at first called Germanicus and later Britannicus. He lost Drusus just before he came to manhood, for he was strangled by a pear which he had thrown in the air in play and caught in his open mouth. A few days before this he had betrothed him to the daughter of Sejanus, which makes me wonder all the more that some say that Drusus was treacherously slain by Sejanus. Claudia was the offspring of his freedman Boter, and although she was born within five months after the divorce^a and he had begun to rear her, yet he ordered her to be cast out naked at her mother's door and disowned. He gave Antonia in marriage to Gnaeus Pompeius Magnus, and later to Faustus Sulla, both young men of high birth, and Octavia to his stepson Nero, after she had previously been betrothed to Silanus. Britannicus was born on the twenty-second day of his reign and in his second consulship.^b When he was still very small, Claudius would often take him in his arms and commend him to the assembled soldiers, and to the people at the games, holding him in his lap or in his outstretched hands, and he would wish him happy auspices, joined by the applauding throng. Of his sons-in-law he adopted Nero ; Pompeius and Silanus he not only declined to adopt, but even put to death.

20 A.D.

42 A.D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

XXVIII. Libertorum praecipue suscepit Posiden spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit; nec minus Felicem, quem cohortibus et alis provinciaeque Iudaeae praeposuit, trium reginarum maritum; et Harpocran, cui lectica per urbem vehendi spectaculaque publice edendi ius tribuit; ac super hos Polybium ab studiis, qui saepe inter duos consules ambulabat; sed ante omnis Narcissum ab epistulis et Pallantem a rationibus, quos decreto quoque senatus non praemiis modo ingentibus, sed et quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari libens passus est; tantum praeterea acquirere et rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate non absurde dictum sit, abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.

XXIX. His, ut dixi, uxoribusque addictus, non principem,¹ sed ministrum egit, compendio cuiusque horum vel etiam studio aut libidine honores exercitus impunitates supplicia largitus est, et quidem insciens plerumque et ignarus. Ac ne singillatim minora quoque enumerem, revocatas liberalitates eius, iudicia rescissa, suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos: Appium Silanum consocerum suum Iuliasque, alteram Drusi,

¹ *The mss. have so after principem.*

* A common military prize.

^b Only two of these are known, both named Drusilla. One was the daughter of Juba II., king of Mauretania, and the other of Herod Agrippa I., of Judaea; the latter was previously married to Azizus, king of Emesa.

^c Otherwise restricted to knights. ^d Chap. xxv.

THE DEIFIED CLAUDIUS

XXVIII. Of his freedmen he had special regard for the eunuch Posides, whom he even presented with the headless spear^a at his British triumph, along with those who had served as soldiers. He was equally fond of Felix, giving him the command of cohorts and of troops of horse, as well as of the province of Judaea; and he became the husband of three queens.^b Also of Harpocras, to whom he granted the privilege of riding through the city in a litter and of giving public entertainments.^c Still higher was his regard for Polybius, his literary adviser, who often walked between the two consuls. But most of all he was devoted to his secretary Narcissus and his treasurer Pallas, and he gladly allowed them to be honoured in addition by a decree of the senate, not only with immense gifts, but even with the insignia of quaestors and praetors. Besides this he permitted them to amass such wealth by plunder, that when he once complained of the low state of his funds, the witty answer was made that he would have enough and to spare, if he were taken into partnership by his two freedmen.

XXIX. Wholly under the control of these and of his wives, as I have said,^d he played the part, not of a prince, but of a servant, lavishing honours, the command of armies, pardons or punishments, according to the interests of each of them, or even their wish or whim; and that too for the most part in ignorance and blindly. Not to go into details about less important matters (such as revoking his grants, rescinding his decisions, substituting false letters patent, or even openly changing those which he had issued), he put to death his father-in-law Appius Silanus and the two Julias, daughters of

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

alteram Germanici filiam, crimine incerto nec defensione ulla data occidit, item Cn. Pompeium maioris
 2 filiae virum et L. Silanum minoris sponsum. Ex quibus Pompeius in concubitu dilecti adolescentuli confossus est, Silanus abdicare se praetura ante IIII. Kal. Ian. morique initio anni coactus die ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum. In quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites R. tanta facilitate animadvertit, ut, cum de nece consularis viri renuntiante centurione factum esse quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod ad ultionem imperatoris ultro procurrissent. Nam illud omnem fidem excesserit quod
 3 nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignaverit, inductus, quasi de industria simularentur ad avertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quaedam ostenta portenderetur.

XXX. Auctoritas dignitasque formae non defuit ei, verum¹ stanti vel sedenti ac praecepue quiescenti, nam et prolixo nec exili corpore erat et specie canitiaeque pulchra, opimis cervicibus; ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi, et remisse quid vel serio agentem multa dehonestabant:

¹ ei verum, *Bentley, Oudendorp*; et veterum, *MGLPδ* (see p. xxiv.); vel, *T.*

Drusus and Germanicus, on an unsupported charge and giving them no opportunity for defence; also Gnaeus Pompeius, the husband of his elder daughter, and Lucius Silanus who was betrothed to his younger one. Of these Pompey was stabbed in the embraces of a favourite youth, while Silanus was compelled to abdicate his praetorship four days before the Kalends of January and to take his own life at the beginning of the year, the very day of the marriage of Claudius and Agrippina. He inflicted the death penalty on thirty-five senators and more than three hundred Roman knights with such easy indifference, that when a centurion in reporting the death of an ex-consul said that his order had been carried out, he replied that he had given no order; but he nevertheless approved the act, since his freedmen declared that the soldiers had done their duty in hastening to avenge their emperor without instructions. But it is beyond all belief, that at the marriage which Messalina had contracted with her paramour Silius he signed the contract for the dowry with his own hand, being induced to do so on the ground that the marriage was a feigned one, designed to avert and turn upon another a danger which was inferred from certain portents to threaten the emperor himself.

XXX. He possessed majesty and dignity of appearance, but only when he was standing still or sitting, and especially when he was lying down; for he was tall but not slender, with an attractive face, becoming white hair, and a full neck. But when he walked, his weak knees gave way under him and he had many disagreeable traits both in his lighter moments and when he was engaged in business; his laughter was unseemly and his anger still more dis-

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK V

risus indecens, ira turpior (spumante rictu, umentibus naribus, praeterea linguae titubantia caputque cum semper tum in quantumque actu vel maxime tremulum.

XXXI. Valitudine sicut olim gravi, ita princeps prospera usus est excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

XXXII. Convivia agitavit et ampla et assidua ac fere patentissimis locis, ut plerumque sesceni simul discumberent. Convivatus est et super emissarium Fucini lacus ac paene summersus, cum emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni cenae et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui¹ more veteri ad fulera lectorum sedentes vescerentur. Convivae, qui pridie scyphum aureum subripuisse existimabatur, revocato (in diem posterum) calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris (in convivio) emittendi, cum periclitatum quendam prae pudore ex continentia repperisset.

XXXIII. Cibi vinique quocumque et tempore et loco appetentissimus, cognoscens quondam in Augusti foro ictusque nidore prandii, quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur, deserto tribunali ascendit ad sacerdotes unaque decubuit. Nec temere umquam triclinio abcessit nisi distentus ac

¹ qui, ῥΟ; ut, δ; the other mss. omit the word, except G, which has ut after veteri.

* The fulcra were the ends of the couches on which the pillows were placed; see *Class. Rev.* 3, pp. 322 ff.

^b Cf. *Aug.* lxiv. 3.

* Their feasts were proverbial for luxury; see *Hor. Odes*, i. 37. 2.

gusting, for he would foam at the mouth and trickle at the nose; he stammered besides and his head was very shaky at all times, but especially when he made the least exertion.

XXXI. Though previously his health was bad, it was excellent while he was emperor except for attacks of pain in the stomach, which he said all but drove him to suicide.

III. Imagines et elogia universi generis exsequi longum est, familiae breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit cur aut unde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniae frustra diu oppugnatum inlitis demum galbano facibus succenderit; alii, quod in diuturna valitudine galbeo, id est remediis lana involutis, assidue uteretur; nonnulli, quod praepinguis fuerit visus, quem galbam Galli vocent; vel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia quae in aesculis nascuntur appellanturque galbae.

2 Familiam illustravit Servius Galba consularis, temporum suorum vel¹ eloquentissimus, quem tradunt Hispaniam ex praetura optinentem, triginta Lusitanorum milibus perfidia trucidatis, Viriatini belli causam exstitisse. Eius nepos ob repulsam consulatus infensus Iulio Caesari, cuius legatus in Gallia fuerat, con-

¹ vel, *Bentley*; et, *mss. except Π¹, which omits the word.*

^a No existing inscription confirms this statement.

^b That is, of those of the Sulpicii who bore the surname Galba.

^c The gum of a Syrian plant; see *Pliny, N.H. 12. 126*

II. Nero was succeeded by Galba, who was related in no degree to the house of the Caesars, although unquestionably of noble origin and of an old and powerful family; for he always added to the inscriptions on his statues that he was the great-grandson of Quintus Catulus Capitolinus,^a and when he became emperor he even displayed a family tree in his hall in which he carried back his ancestry on his father's side to Jupiter and on his mother's to Pasiphae, the wife of Minos. 68 A.D.

III. It would be a long story to give in detail his illustrious ancestors and the honorary inscriptions of the entire race, but I shall give a brief account of his immediate family.^b It is uncertain why the first of the Sulpicii who bore the surname Galba assumed the name, and whence it was derived. Some think that it was because after having for a long time unsuccessfully besieged a town in Spain, he at last set fire to it by torches smeared with *galbanum*^c; others because during a long illness he made constant use of *galbeum*, that is to say of remedies wrapped in wool; still others, because he was a very fat man, such as the Gauls term *galba*, or because he was, on the contrary, as slender as the insects called *galbae*, which breed in oak trees.

The family acquired distinction from Servius Galba, who became consul and was decidedly the most eloquent speaker of his time. This man, they say, was the cause of the war with Viriathus, because while governing Spain as propraetor, he treacherously massacred thirty thousand of the Lusitanians. His grandson had been one of Caesar's lieutenants in Gaul, but angered because his commander caused his defeat for the consulship, he joined the conspiracy 145 B.C. 150-130 B.C.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

- spiravit cum Cassio et Bruto, propter quod Pedia lege
 3 damnatus est. Ab hoc sunt imperatoris Galbae avus
 ac pater: avus clarior studiis quam dignitate—non
 enim egressus praeturae gradum—multiplicem nec
 incuriosam historiam edidit; pater consulatu functus,
 quanquam brevi corpore atque etiam gibber modicae-
 que in dicendo facultatis, causas industrie actitavit.
 4 Uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli
 proneptemque L. Mummi, qui Corinthum excidit;
 item Liviam Ocellinam ditem admodum et pulchram,
 a qua tamen nobilitatis causa appetitus ultro existi-
 matur et aliquanto enixius, postquam subinde instanti
 vitium corporis secreto posita veste detexit, ne quasi
 ignaram fallere videretur. Ex Achaica liberos
 Gaium et Servium¹ procreavit, quorum maior Gaius
 attritis facultatibus urbe cessit prohibitusque a
 Tiberio sortiri anno suo proconsulatum voluntaria
 morte obiit.

IV. Ser. Galba imperator M. Valerio Messala Cn.²
 Lentulo cons. natus est VIIII. Kal. Ian. in villa colli
 superposita prope Tarracinam³ sinistrorsus Fundos
 petentibus, adoptatusque a noverca sua Livia nomen
 et Ocellare cognomen assumpsit mutato praenomine;
 nam Lucium mox pro Servio⁴ usque ad tempus
 imperii usurpavit. Constat Augustum puero adhuc,

¹ Servium, *Glareanus*; Sergium, *Ω*.

² Cn., *mss.*; *it should be L.*

³ Terracinam, *Ω*.

⁴ Sergio, *Ω*.

* See *Nero*, iii. 1.

† That is, after his consulship. Tiberius doubtless suspected him of a desire to enrich himself at the expense of the provincials; cf. *Tib.* xxxii. 2, at the end.

with Brutus and Cassius, and was consequently condemned to death by the Pedian law.^a From him were descended the grandfather and the father of the emperor Galba. The former, who was more eminent for his learning than for his rank—for he did not advance beyond the grade of praetor—published a voluminous and painstaking history. The father attained the consulship, and although he was short of stature and even hunchbacked, besides being only an indifferent speaker, was an industrious pleader at the bar. He married Mummia Achaica, the granddaughter of Catulus and great-granddaughter of Lucius Mummius who destroyed Corinth; and later Livia Ocellina, a very rich and beautiful woman, who however is thought to have sought marriage with him because of his high rank, and the more eagerly when, in response to her frequent advances, he took off his robe in private and showed her his deformity, so as not to seem to deceive her by concealing it. By Achaica he had two sons, Gaius and Servius. Gaius, who was the elder, left Rome after squandering the greater part of his estate, and committed suicide because Tiberius would not allow him to take part in the allotment of the provinces in his year.^b

22 A.D.

IV. The emperor Servius Galba was born in the consulship of Marcus Valerius Messala and Gnaeus Lentulus, on the ninth day before the Kalends of January, in a country house situated on a hill near Tarracina, on the left as you go towards Fundi. Adopted by his stepmother Livia, he took her name and the surname Ocella, and also changed his forename; for he used Lucius, instead of Servius, from that time until he became emperor. It is well

Dec. 24
8 B.C.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

- salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse: καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ.¹ Sed et Tiberius, cum comperisset imperaturum eum verum in senecta: "Vivat sane," ait, "quando id ad
- 2 nos nihil pertinet." Avo quoque eius fulgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset et in frugiferam quercum contulisset, responsum est summum sed serum imperium portendi familiae; et ille irridens: "Sane," inquit, "cum mula pepererit." Nihil aequae postea Galbam temptantem res novas confirmavit quam mulae partus, ceterisque ut obscaenum ostentum abhorrentibus, solus pro laetissimo accepit memor sacrificii dictique avi.
- 3 Sumpta virili toga somniavit Fortunam dicentem, stare se ante fores defessam et nisi ocius reciperetur, cuicumque obvio praedae futuram. Utque evigilavit, aperto atrio simulacrum aeneum deae cubitali maius iuxta limen invenit idque gremio suo Tusculum, ubi aestivare consueverat, avexit et in parte aedium consecratum menstruis deinceps supplicationibus et pervigilio anniversario coluit.
- 4 Quanquam autem nondum aetate constanti veterem civitatis exoletumque morem ac tantum in

¹ παρατρώξῃ, *Turnebus*; παρατρωξῇ, *Ω*.

* The usual procedure, to avert the evil omen.

^b Proverbial for "never," like the Greek Kalends (*Aug.* 1xxxvii 1).

known that when he was still a boy and called to pay his respects to Augustus with others of his age, the emperor pinched his cheek and said in Greek: "Thou too, child, wilt have a nibble at this power of mine." Tiberius too, when he heard that Galba was destined to be emperor, but in his old age, said: "Well, let him live then, since that does not concern me." Again, when Galba's grandfather was busy with a sacrifice for a stroke of lightning,^a and an eagle snatched the intestines from his hand and carried them to an oak full of acorns, the prediction was made that the highest dignity would come to the family, but late; whereupon he said with a laugh: "Very likely, when a mule has a foal."^b Afterwards when Galba was beginning his revolt, nothing gave him so much encouragement as the foaling of a mule, and while the rest were horrified and looked on it as an unfavourable omen, he alone regarded it as most propitious, remembering the sacrifice and his grandfather's saying.

When he assumed the gown of manhood, he dreamt that Fortune said that she was tired of standing before his door, and that unless she were quickly admitted, she would fall a prey to the first comer. When he awoke, opening the door of the hall, he found close by the threshold a bronze statue of Fortune more than a cubit high. This he carried in his arms to Tusculum, where he usually spent the summer, and consecrated it in a room of his house; and from that time on he honoured it with monthly sacrifices and a yearly vigil.

Even before he reached middle life, he persisted in keeping up an old and forgotten custom of his country, which survived only in his own house-

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

domo sua haerentem obstinatissime retinuit, ut liberti servique bis die frequentes adessent ac mane salvere, vesperi valere sibi singuli dicerent.

V. Inter liberales disciplinas attendit et iuri. Dedit et matrimonio operam; verum amissa uxore Lepida duobusque ex ea filiis remansit in caelibatu neque sollicitari ulla condicione amplius potuit, ne Agrippinae quidem, quae¹ viduata morte Domiti maritum quoque adhuc necdum caelibem Galbam adeo omnibus sollicitaverat modis, ut in conventu matronarum correpta iurgio atque etiam manu pulsata sit a matre Lepidae.

- 2 Observavit ante omnis Liviam Augustam, cuius et vivae gratia plurimum valuit et mortuae testamento paene ditatus est; sestertium namque quingenties praecipuum inter legatarios habuit, sed quia notata, non perscripta erat summa, herede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne haec quidem accepit.

VI. Honoribus ante legitimum tempus initis praetor commissione ludorum Floralium novum spectaculi genus elephantos funambulos edidit; exim provinciae Aquitaniae anno fere praefuit; mox consulatum per sex menses ordinarium gessit, evenitque ut in eo ipse L.² Domitio patri Neronis, ipsi Salvius Otho pater Othonis succederet, velut prae-

¹ quae, added by G. Becker; Π and Q have it after Domiti.

² L. mss. (Lucio, G); Cn., *Torrentius*.

^a To marry and rear a family was regarded as one of the duties of a good citizen.

^b Cf. *Nero*, xi. 2.

^c That is to say, entering office on January 1, and with his colleague, L. Cornelius Sulla, giving his name to the year.

hold, of having his freedmen and slaves appear before him twice a day in a body, greeting him in the morning and bidding him farewell at evening, one by one.

V. Among other liberal studies he applied himself to the law. He also assumed a husband's duties,^a but after losing his wife Lepida and two sons whom he had by her, he remained a widower. And he could not be tempted afterwards by any match, not even with Agrippina, who no sooner lost Domitius by death than she set her cap for Galba so obviously, even before the death of his wife, that Lepida's mother scolded her roundly before a company of matrons and went so far as to slap her.

He showed marked respect to Livia Augusta, to whose favour he owed great influence during her lifetime and by whose last will he almost became a rich man; for he had the largest bequest among her legatees, one of fifty million sesterces. But because the sum was designated in figures and not written out in words, Tiberius, who was her heir, reduced the bequest to five hundred thousand, and Galba never received even that amount.

VI. He began his career of office before the legal age, and in celebrating the games of the Floralia in his praetorship he gave a new kind of exhibition, namely of elephants walking the rope.^b Then he governed the province of Aquitania for nearly a year and soon afterwards held a regular consulship^c for six months; and it chanced that in this office he succeeded Lucius^d Domitius, the father of Nero, and was succeeded by Salvius Otho, the father of

83 A.D.

^a Either Suetonius is in error or the manuscripts; the name should be Gnaeus.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

sagium insequentis casus, quo medius inter utriusque filios exstitit imperator.

- 2 A Gaio Caesare legatus Germaniae superioris in locum Gaetulici¹ substitutus, postridie quam ad legiones venit, sollemni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, ut manus paenula² continerent; statimque per castra iactatum est :

“Disce miles militare ; Galba est, non Gaetulicus.”

- 3 Pari severitate interdixit commeatus peti. Veteranum ac tironem militem opere assiduo corroboravit matureque barbaris, qui iam in Galliam usque proruperant, coercitis, praesenti quoque Gaio talem et se et exercitum approbavit, ut inter innumeras contractasque ex omnibus provinciis copias neque testimonium neque praemia ampliora ulli perciperent; ipse maxime insignis, quod campestem decursionem scuto moderatus, etiam ad essedum imperatoris per viginti passuum milia cucurrit.

VII. Caede Gai nuntiata multis ad occasionem stimulantibus quietem praetulit. Per hoc gratissimus Claudio receptusque in cohortem amicorum tantae dignationis est habitus, ut cum subita ei valitudo nec adeo gravis incidisset, dilatus sit expeditionis Britannicae dies. Africam pro consule biennio

¹ legatus Germaniae superioris in locum Gaetu-, *supplied by Ihm.*

² manus paenula, *Salmasius*; manus paenulas, *MXr* (paenulis, *OST*); manu paenulas, *G.*

^a See *Calig.* xliii. and xliv.

^b Cf. *Calig.* xxvi. 2.

the emperor Otho, a kind of omen of what happened later, when he became emperor between the reigns of the sons of these two men.

Appointed governor of Upper Germany by Gaius Caesar in room of Gaetulicus, the day after he appeared before the legions he put a stop to their applause at a festival which chanced to fall at that time, by issuing a written order to keep their hands under their cloaks; and immediately this verse was bandied about the camp:

“Soldiers, learn to play the soldier; ’tis Galba, not Gaetulicus.”

With equal strictness he put a stop to the requests for furloughs. He got both the veterans and the new recruits into condition by plenty of hard work, speedily checked the barbarians, who had already made inroads even into Gaul, and when Gaius arrived,^a Galba and his army made such a good impression, that out of the great body of troops assembled from all the provinces none received greater commendation or richer rewards. Galba particularly distinguished himself, while directing the military manœuvres shield in hand, by actually running for twenty miles close beside the emperor’s chariot.^b

VII. When the murder of Gaius was announced, although many urged Galba to take advantage of the opportunity, he preferred quiet. Hence he was in high favour with Claudius, became one of his staff of intimate friends, and was treated with such consideration that the departure of the expedition to Britain was put off because Galba was taken with a sudden illness, of no great severity. He governed

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

optinuit extra sortem electus ad ordinandam provinciam et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam; ordinavitque magna severitatis
 2 ac iustitiae cura etiam in parvulis rebus. Militi, qui per expeditionem artissima annona residuum cibarium tritici modium centum denariis vendidisse arguebatur, vetuit, simul atque indigere cibo coepisset, a quoquam opem ferri; et is fame extabuit. At in iure dicendo cum de proprietate iumentum quaereretur, levibus utrimque argumentis et testibus ideoque difficili coniectura veritatis, ita decrevit ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite involuto atque ibidem revelato eius esset, ad quem sponte se a potu recepisset.

VIII. Ob res et tunc in Africa et olim in Germania gestas ornamenta triumphalia accepit et sacerdotium triplex, inter quindecimviros sodalesque Titios item Augustales cooptatus; atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum vixit, ne ad gestandum quidem umquam iter ingressus quam ut secum vehiculo proximo decies sestertium in auro efferret, donec in oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est.
 2 Acciditque, ut cum provinciam ingressus sacrificaret, intra aedem publicam puero e ministris acerram

* Except in special cases, the governors were appointed by lot from among those who were eligible.

† The *modius* was 8.75 litres.

‡ See note on *Jul.* lxxix. 3.

§ The *sodales Titii* were an ancient priesthood of uncertain origin. The tradition arose that they were established to keep up the ancient Sabine worship, and named from Titus Tatius.

* See note on *Claud.* vi. 2.

† So as to be able to leave the country on short notice.

Africa for two years with the rank of proconsul, being specially chosen^a to restore order in the province, which was disturbed both by internal strife and by a revolt of the barbarians. And he was successful, owing to his insistence on strict discipline and his observance of justice even in trifling matters. When provisions were very scarce during a foray and a soldier was accused of having sold for a hundred denarii a peck^b of wheat which was left from his rations, Galba gave orders that when the man began to lack food, he should receive aid from no one; and he starved to death. On another occasion when he was holding court and the question of the ownership of a beast of burden was laid before him, as the evidence on both sides was slight and the witnesses unreliable, so that it was difficult to get at the truth, he ruled that the beast should be led with its head muffled up to the pool where it was usually watered, that it should then be unmuffled, and should belong to the man to whom it returned of its own accord after drinking.

VIII. His services in Africa at that time, and previously in Germany, were recognised by the triumphal regalia and three priesthoods, for he was chosen a member of the Fifteen,^c of the brotherhood of Titius,^d and of the priests of Augustus.^e After that he lived for the most part in retirement until about the middle of Nero's reign, never going out even for recreation without taking a million sesterces in gold with him in a second carriage^f; until at last, while he was staying in the town of Fundi, Hispania Tarraconensis was offered him. And it fell out that as he was offering sacrifice in a public temple after his arrival in the province, the hair of a young attendant who was carrying an incense-box suddenly

60 A.D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

tenenti capillus repente toto capite canesceret, nec defuerunt qui interpretarentur significari rerum mutationem successurumque iuveni senem, hoc est ipsum Neroni. Non multo post in Cantabriae lacum fulmen decidit repertaeque sunt duodecim secures, haud ambiguum summae imperii signum.

IX. Per octo annos varie et inaequabiliter provinciam rexit, primo acer et vehemens et in coercendis quidem delictis vel immodicus. Nam et nummulario non ex fide versanti pecunias manus amputavit mensaeque eius adfixit, et tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce adfecit; implorantique leges et civem Romanum se testificanti, quasi solacio et honore aliquo poenam levaturus, mutari multoque praeter ceteras altiore et dealbatam statui crucem iussit. Paulatim in desidiam segnitiamque conversus est, ne quid materiae praeberet Neroni et, ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur.

- 2 Carthagine nova conventum agens tumultuari Gallias comperit legato Aquitaniae auxilia implorante; supervenerunt et Vindicis litterae hortantis, ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Nec diu cunctatus condicionem partim metu partim spe recepit; nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprenderat et confirmabatur cum secundissimis

^a See note on *Claud.* xxiv. 1.

turned white all over his head, and there were some who did not hesitate to interpret this as a sign of a change of rulers and of the succession of an old man to a young one; that is to say, of Galba to Nero. Not long after this lightning struck a lake of Cantabria and twelve axes were found there, an unmistakable token of supreme power.

IX. For eight years he governed the province in a variable and inconsistent manner. At first he was vigorous and energetic and even over severe in punishing offences; for he cut off the hands of a money-lender who carried on his business dishonestly and nailed them to his counter; crucified a man for poisoning his ward, whose property he was to inherit in case of his death; and when the man invoked the law and declared that he was a Roman citizen, Galba, pretending to lighten his punishment by some consolation and honour, ordered that a cross much higher than the rest and painted white be set up, and the man transferred to it. But he gradually changed to sloth and inaction, so as to give Nero no cause for jealousy, and as he used to say himself, because no one could be forced to render an account for doing nothing.

As he was holding the assizes at New Carthage, he learned of the rebellion of the Gallic provinces through an urgent appeal for help from the governor of Aquitania; then came letters from Vindex, calling upon him to make himself the liberator and leader of mankind. So without much hesitation he accepted the proposal, led by fear as well as by hope. For he had intercepted despatches ordering his own death, which had been secretly sent by Nero to his agents.^a He was encouraged too, in addition to most favourable

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

auspiciis et ominibus virginis honestae vaticinatione, tanto magis quod eadem illa carmina sacerdos Iovis Cluniae ex penetrali somnio monitus eruerat ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronuntiata. Quorum carminum sententia erat oriturum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum.

X. Igitur cum quasi manumissioni vacaturus conscendisset tribunal, propositis ante se damnatorum occisorumque a Nerone quam plurimis imaginibus et astante nobili puero, quem exulantem e proxima Baliari insula ob id ipsum acciverat, deploravit temporum statum consulatusque imperator legatum
2 se senatus ac populi R. professus est. Dein iustitio indicto, e plebe quidem provinciae legiones et auxilia conscripsit super exercitum veterem legionis unius duarumque alarum et cohortium trium ; at e primoribus prudentia atque aetate praestantibus vel¹ instar
3 senatus, ad quos de maiore re quotiens opus esset referretur, instituit. Delegit et equestris ordinis iuvenes, qui manente anulorum aureorum usu evocati appellarentur excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Etiam per provincias edicta dimisit, auctor in² singulis universisque conspirandi simul' et ut qua posset quisque opera communem causam iuvarent.

4 Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod

¹ vel] velut, γ.

² ΠQ and the editions omit in.

^a Such predictions, like the responses of oracles, were in verse.

^b Instead of the emperor, as heretofore.

^c *Evocati* were soldiers who, after serving their time, were invited to continue their service. It is here an honorary title.

^d See note on *Jul.* xxxiii.

auspices and omens, by the prediction of a young girl of high birth, and the more so because the priest of Jupiter at Clunia, directed by a dream, had found in the inner shrine of his temple the very same prediction, likewise spoken by an inspired girl two hundred years before. And the purport of the verses^a was that one day there would come forth from Spain the ruler and lord of the world.

X. Accordingly, pretending that he was going to attend to the manumitting of slaves, he mounted the tribunal, on the front of which he had set up as many images as he could find of those who had been condemned and put to death by Nero; and having by his side a boy of noble family, whom he had summoned for that very purpose from his place of exile hard by in the Balearic Isles, he deplored the state of the times; being thereupon hailed as emperor, he declared that he was their governor, representing the senate and people of Rome.^b Then proclaiming a holiday, he enrolled from the people of the province legions and auxiliaries in addition to his former force of one legion, two divisions of cavalry, and three cohorts. But from the oldest and most experienced of the nobles he chose a kind of senate, to whom he might refer matters of special importance whenever it was necessary. He also chose young men of the order of knights, who were to have the title of volunteers^c and keep guard before his bedchamber in place of the regular soldiers, without losing their right to wear the gold ring.^d He also sent proclamations broadcast throughout the province, urging all men individually and collectively to join the revolution and aid the common cause in every possible way.

At about this same time, during the fortification

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

sedem bello delegerat, repertus est anulus opere antiquo, sculptura gemmae Victoriā cum tropaeo exprimente; ac subinde Alexandrina navis Dertosam appulit armis onusta, sine gubernatore, sine nauta aut vectore ullo, ut nemini dubium esset iustum piumque et faventibus diis bellum suscipi: cum repente ex inopinato prope cuncta turbata sunt.

5 Alarum altera castris appropinquantem paenitentia mutati sacramenti destituere conata est aegreque retenta in officio, et servi, quos a liberto Neronis ad fraudem praeparatos muneri acceperat, per angiportum in balneas transeuntem paene interemerunt, nisi cohortantibus in vicem ne occasionem omitterent, interrogatisque de qua occasione loquerentur, expressa cruciatu confessio esset.

XI. Accessit ad tanta discrimina mors Vindicis, qua maxime consternatus destitutoque similis non multum afuit quin vitae renuntiaret. Sed supervenientibus ab urbe nuntiis ut occisum Neronem cunctosque in verba sua iurasse cognovit, deposita legati suscepit Caesaris appellationem iterque ingressus est paludatus ac dependente a cervicibus pugione ante pectus; nec prius usum togae recipiavit quam oppressis qui novas res moliebantur, praefecto

* See chap. x. l.

• See note on chap. i.

of a town which he had chosen as the seat of war, a ring of ancient workmanship was found, containing a precious stone engraved with a Victory and a trophy. Immediately afterwards a ship from Alexandria loaded with arms arrived at Dertosa without a pilot, without a single sailor or passenger, removing all doubt in anyone's mind that the war was just and holy and undertaken with the approval of the gods. Then suddenly and unexpectedly the whole plan was almost brought to naught. One of the two divisions of cavalry,^a repenting of its change of allegiance, attempted to desert Galba as he was approaching his camp and was with difficulty prevented. Some slaves too, whom one of Nero's freedmen had given Galba with treachery in view, all but slew him as he was going to the bath through a narrow passage-way. In fact they would have succeeded, had they not conjured one another not to miss the opportunity and so been questioned as to what the opportunity was to which they referred; for when they were put to the torture, a confession was wrung from them.

XI. To these great perils was added the death of Vindex, by which he was especially panic-stricken and came near taking his own life, in the belief that all was lost. But when some messengers came from the city, reporting that Nero was dead and that all the people had sworn allegiance to him, he laid aside the title of governor and assumed that of Caesar.^b He then began his march to Rome in a general's cloak with a dagger hanging from his neck in front of his breast; and he did not resume the toga until he had overthrown those who were plotting against him, Nymphidius Sabinus, prefect of the praetorian

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

praetori Nymphidio Sabino Romae, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

- XII. Praecesserat de eo fama saevitiae simul atque avaritiae, quod civitates Hispaniarum Galliarumque, quae cunctantius sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset et praepositos procuratoresque supplicio capitis adfecisset cum coniugibus ac liberis; quodque oblatam a Tarraconensibus e vetere templo Iovis coronam auream librarum quindecim conflasset ac tres uncias,
- 2 quae ponderi deerant, iussisset exigi. Ea fama et confirmata et aucta est, ut primum urbem introiit. Nam cum classarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret, recusantis atque insuper aquilam et signa pertinacius flagitantis non modo inmisso equite disiecit, sed decimavit etiam. Item Germanorum cohortem a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam multisque experimentis fidelissimam dissolvit ac sine commodo ullo remisit in patriam, quasi Cn. Dolabellae,
- 3 iuxta cuius hortos tendebat, proniorem. Illa quoque verene an falso per ludibrium iactabantur, adposita lautiore cena ingemuisse eum, et ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti paropsidem¹ leguminis pro sedulitate ac diligentia porre-

¹ paropsidem] parobsidem, *M*; parabsidem, *G*; the other mss. have parapsidem.

* See note on *Claud.* xxiv. 1.

* Cf. *Aug.* xxiv. 2; *Calig.* xlvi. 1.

* See *Aug.* xlix. 1; *Calig.* lviii. 3.

* Doubtless many of them were false or exaggerated. Galba's frugality was naturally regarded as stinginess by a people accustomed to a prince like Nero; see *Nero*, xxxi. 1.

guard at Rome, in Germany and Africa the governors Fonteius Capito and Clodius Macer.

XII. His double reputation for cruelty and avarice had gone before him; men said that he had punished the cities of the Spanish and Gallic provinces which had hesitated about taking sides with him by heavier taxes and some even by the razing of their walls, putting to death the military officers and imperial deputies ^a along with their wives and children. Further, that he had melted down a golden crown of fifteen pounds weight, which the people of Tarraco had taken from their ancient temple of Jupiter and presented to him, with orders that the three ounces which were found lacking be exacted from them. This reputation was confirmed and even augmented immediately on his arrival in the city. For having compelled some marines whom Nero had made regular soldiers to return to their former position as rowers, upon their refusing and obstinately demanding an eagle and standards, he not only dispersed them by a cavalry charge, but even decimated ^b them. He also disbanded a cohort of Germans, whom the previous Caesars had made their body-guard ^c and had found absolutely faithful in many emergencies, and sent them back to their native country without any rewards, alleging that they were more favourably inclined towards Gnaeus Dolabella, near whose gardens they had their camp. The following tales too were told in mockery of him, whether truly or falsely: ^d that when an unusually elegant dinner was set before him, he groaned aloud; that when his duly appointed steward presented his expense account, he handed him a dish of beans in return for his industry and carefulness; and that when the flute

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

xisse, Cano autem choraulae mire placenti denarios quinque donasse prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis.

XIII. Quare adventus eius non perinde gratus fuit, idque proximo spectaculo apparuit, siquidem Atellanis notissimum canticum exorsis : ¹

“ Venit Onesimus ² a villa ”

cuncti simul spectatores consentiente voce reliquam partem rettulerunt ac saepius versu repetito egerunt.

XIV. Maiore adeo et favore et auctoritate adeptus est quam gessit imperium, quanquam multa documenta egregii principis daret ; sed nequaquam tam grata erant, quam invisa quae secus fierent.

2 Regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantis nec umquam non adhaerentis paedagogos vulgo vocabant. Ii erant T. Vinius legatus eius in Hispania, cupiditatis immensae ; Cornelius Laco ex assessore praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis ; libertus Icelus, paulo ante anulis aureis et Marciani cognomine ornatus ac iam summae equestris gradus candidatus. His diverso vitiorum genere grassantibus adeo se abutendum

¹ exorsis, ζ ; exorsus, Ω.

² venit Onesimus, δ ; ventione simus, Ω ; venit Dorsennus, Lachmann.

* Plutarch, *Galba*, xvi., gives the story quite a different aspect, saying that the gift was of gold pieces, and that Galba said that it came from his own pocket, and not from the public funds.

^b The text is uncertain, but obviously the song ridiculed a stingy old countryman.

* Cf. the inimitable sentence of Tac. (*Hist.* l. 49) *maior privato visus, dum privatus, et omnium consensu capax imperii, nisi imperasset.*

player Canus greatly pleased him, he presented him with five denarii, which he took from his own purse with his own hand.^a

XIII. Accordingly his coming was not so welcome as it might have been, and this was apparent at the first performance in the theatre; for when the actors of an Atellan farce began the familiar lines

“Here comes Onesimus from his farm”^b

all the spectators at once finished the song in chorus and repeated it several times with appropriate gestures, beginning with that verse.

XIV. Thus his popularity and prestige were greater when he won, than while he ruled the empire,^c though he gave many proofs of being an excellent prince; but he was by no means so much loved for those qualities as he was hated for his acts of the opposite character.

He was wholly under the control of three men, who were commonly known as his tutors because they lived with him in the palace and never left his side. They were Titus Vinus, one of his generals in Spain, a man of unbounded covetousness; Cornelius Laco, advanced from the position of judge's assistant to that of prefect of the Guard and intolerably haughty and indolent; and his own freedman Icelus, who had only just before received the honour of the gold ring^d and the surname of Marcianus, yet already aspired to the highest office open to the equestrian order.^e To these brigands, each with his different vice, he so entrusted and handed himself over as their tool, that his conduct was far from

^a See note on *Jul.* xxxiii.

^e Prefect of the praetorian guard.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

permisit et tradidit, ut vix sibi ipse constaret, modo acerbior parciorque, modo remissior ac neglegentior quam conveniret principi electo atque illud aetatis.

- 3 Quosdam claros ex utroque ordine viros suspicione minima inauditos condemnavit. Civitates R. raro dedit, iura trium liberorum vix uni atque alteri ac ne iis quidem nisi ad certum praefinitumque tempus. Iudicibus sextam decuriam adici precantibus non modo negavit, sed et concessum a Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad iudicandum evocarentur, eripuit.

- XV. Existimabatur etiam senatoria et equestria officia bienni spatio determinaturus nec daturus nisi invitis ac recusantibus. Liberalitates Neronis non plus decimis concessis per quinquaginta equites R. ea condicione revocandas curavit exigendasque, ut et si quid scaenici ac xystici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus, quando illi pretio absumpto
2 solvere nequirent. At contra nihil non per comites atque liberos pretio addici aut donari gratia passus est, vectigalia immunitates, poenas innocentium impunitates noxiorum. Quin etiam populo R. deponente supplicium Haloti et Tigillini solos ex omnibus Neronis emissariis vel maleficientissimos incolumes praestitit atque insuper Halotum procuratore am-

^a See note on *Claud.* xv. 1.

^b See *Claud.* xxiii. 1, and the note.

^c These offices were numerous and varied. Since his apparent purpose was to check ambition and avarice, the senatorial offices referred to were probably military commands and governorships, and the equestrian, procuratorships; see note on *Claud.* xxxiv. 1.

consistent; for now he was more exacting and niggardly, and now more extravagant and reckless than became a prince chosen by the people and of his time of life.

He condemned to death divers distinguished men of both orders on trivial suspicions without a trial. He rarely granted Roman citizenship, and the privileges of threefold paternity^a to hardly one or two, and even to those only for a fixed and limited time. When the jurors petitioned that a sixth division be added to their number, he not only refused, but even deprived them of the privilege granted by Claudius,^b of not being summoned for court duty in winter and at the beginning of the year.

XV. It was thought too that he intended to limit the offices open to senators and knights to a period of two years, and to give them only to such as did not wish them and declined them.^c He had all the grants of Nero revoked, allowing only a tenth part to be retained; and he exacted repayment with the help of fifty Roman knights, stipulating that even if the actors and athletes had sold anything that had formerly been given them, it should be taken away from the purchasers, in case the recipient had spent the money and could not repay it. On the other hand, there was nothing that he did not allow his friends and freedmen to sell at a price or bestow as a favour, taxes and freedom from taxation, the punishment of the guiltless and impunity for the guilty. Nay more, when the Roman people called for the punishment of Halotus and Tigellinus, the most utterly abandoned of all Nero's creatures, not content with saving their lives, he honoured Halotus with a very important stewardship and in the case of Tigellinus

plissima ornavit, pro Tigillino etiam saevitiae populum edicto increpuit.

XVI. Per haec prope universis ordinibus offensis vel praecipua flagrabat invidia apud milites. Nam cum in verba eius absentis iurantibus donativum grandius solito praepositi pronuntiassent, neque ratam rem habuit et subinde iactavit legere se militem, non emere consuesse; atque eo quidem nomine omnis, qui ubique erant, exacerbavit. Ceterum praetorianos etiam metu et indignitate commovit, removens subinde plerosque ut suspectos et Nymphidi
2 socios. Sed maxime fremebat superioris Germaniae exercitus fraudari se praemiis navatae adversus Gallos et Vindicem operae. Ergo primi obsequium rumpere ausi Kal. Ian. adigi sacramento nisi in nomen senatus recusarunt statimque legationem ad praetorianos cum mandatis destinaverunt: displicere imperatorem in Hispania factum; eligerent ipsi quem cuncti exercitus comprobarent.

XVII. Quod ut nuntiatum est, despectui esse non tam senectam suam quam orbitatem ratus, Pisonem Frugi Licinianum nobilem egregiumque iuvenem ac sibi olim probatissimum testamentoque semper in bona et nomen adscitum repente e media salutantium turba adprehendit filiumque appellans perduxit in castra ac pro contione adoptavit, ne tunc quidem donativi ulla mentione facta. Quo faciliorem occa-

* According to Plutarch (*Galba*, 2) it was Nymphidius Sabinus, prefect of the praetorian guard, who made this promise. *Praepositi* would include those who followed his example.

* See chap. xi.

even issued an edict rebuking the people for their cruelty.

XVI. Having thus incurred the hatred of almost all men of every class, he was especially detested by the soldiers; for although their officers^a had promised them a larger gift than common when they swore allegiance to Galba in his absence, so far from keeping the promise, he declared more than once that it was his habit to levy troops, not buy them; and on this account he embittered the soldiers all over the empire. The praetorians he filled besides with both fear and indignation by discharging many of them from time to time as under suspicion of being partisans of Nymphidius.^b But loudest of all was the grumbling of the army in Upper Germany, because it was defrauded of the reward for its services against the Gauls and Vindex. Hence they were the first to venture on mutiny, refusing on the Kalends of January to swear allegiance to anyone save the senate, and at once resolving to send a deputation to the praetorians with the following message: that the emperor created in Spain did not suit them and the Guard must choose one who would be acceptable to all the armies.

XVII. When this was reported to Galba, thinking that it was not so much his age as his lack of children that was criticised, he picked out Piso Frugi Licinianus from the midst of the throng at one of his morning receptions, a young man of noble birth and high character, who had long been one of his special favourites and always named in his will as heir to his property and his name. Calling him son, he led him to the praetorian camp and adopted him before the assembled soldiers.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

sionem M. Salvio Othoni prae-buit perficiendi conata intra sextum adoptionis diem.

XVIII. Magna et assidua monstra iam inde a principio exitum ei, qualis evenit, portenderant. Cum per omne iter dextra sinistraque oppidatim victimae caederentur, taurus securis ictu consternatus rupto vinculo essedum eius invasit elatisque pedibus totum cruore perfudit; ac descendentem speculator impulsu turbae lancea prope vulneravit. Urbem quoque et deinde Palatium ingressum excepit terrae tremor et
 2 assimilis quidam mugitui sonus. Secuta sunt aliquanto manifestiora. Monile margaritis gemmisque consertum ad ornandam Fortunam suam Tusculanam ex omni gaza secreverat; id repente quasi augustiore dignius loco Capitolinae Veneri dedicavit, ac proxima nocte somniavit speciem Fortunae querentis fraudatam se dono destinato, minantisque erepturam et ipsam quae dedisset. Cumque exterritus luce prima ad expiandum somnium, praemissis qui rem divinam appararent, Tusculum excucurrisset, nihil invenit praeter tepidam in ara favillam atratumque iuxta senem in catino
 3 vitreo tus¹ tenentem et in calice fictili merum. Observatum etiam est Kal. Ian. sacrificanti coronam de capite excidisse, auspicanti pullos avolasse; adoptionis

¹ tus] thus, *ms.*

* As he was on his way to Rome. ^b See chap. iv. 3.

* The fire should have been blazing brightly and a youth clad in white should have carried the incense in a proper box (*acerra*, see chap. viii.), and the wine in a more costly and appropriate vessel.

But even then he made no mention of largess, thus making it easier for Marcus Salvius Otho to accomplish his purpose within six days after the adoption.

XVIII. Many prodigies in rapid succession from the very beginning of his reign had foretold Galba's end exactly as it happened. When victims were being slain to right and left all along his route in every town,^a an ox, maddened by the stroke of an axe, broke its bonds and charged the emperor's chariot, and as it raised its feet, deluged him with blood. And as Galba dismounted, one of his guards, pushed forward by the crowd, almost wounded him with his lance. Again, as he entered the city, and later the Palace, he was met by a shock of earthquake and a sound like the lowing of kine. There followed even clearer signs. He had set apart from all the treasure a necklace fashioned of pearls and precious stones, for the adornment of his image of Fortune at Tusculum.^b This on a sudden impulse he consecrated to the Capitoline Venus, thinking it worthy of a more august position. The next night Fortune appeared to him in his dreams, complaining of being robbed of the gift intended for her and threatening in her turn to take away what she had bestowed. When Galba hastened in terror to Tusculum at daybreak, to offer expiatory sacrifices because of the dream, and sent on men to make preparations for the ceremony, he found on the altar nothing but warm ashes and beside it an old man dressed in black, holding the incense in a glass dish and the wine in an earthen cup.^c It was also remarked that as he was sacrificing on the Kalends of January, the garland fell from his head, and that as he took the auspices, the sacred chickens flew

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

die neque milites adlocuturo castrensem sellam de more positam pro tribunali oblitis ministris et in senatu curulem perverse collocatam.

XIX. Prius vero quam occideretur sacrificantem mane haruspex identidem monuit, caveret periculum, non longe percussores abesse.

Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone, ac plerisque ut eodem quam primum pergeret suadentibus—posse enim auctoritate et praesentia praevalere—nihil amplius quam continere se statuit et legionariorum firmare praesidiis, qui multifariam diverseque tendebant. Loricam tamen induit linteam, quanquam haud dissimulans parum
2 adversus tot mucrones profuturam. Sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant, paucis temere affirmantibus transactum negotium, oppressos, qui tumultuarentur, advenire frequentis ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos, iis ut occurreret prodiit tanta fiducia, ut militi cuidam occisum a se Othonem glorianti: “Quo auctore?” responderit, atque in Forum usque processit. Ibi equites, quibus mandata caedes erat, cum per publicum dimota paganorum turba equos adegissent, viso procul eo

^a Of Piso.

^b Of the praetorian guard.

away. As he was on the point of addressing the soldiers on the day of the adoption,^a his camp chair, through the forgetfulness of his attendants, was not placed on the tribunal, as is customary, and in the senate his curule chair was set wrong side foremost.

XIX. As he was offering sacrifice on the morning before he was killed, a soothsayer warned him again and again to look out for danger, since assassins were not far off

Not long after this he learned that Otho held possession of the Camp,^b and when several advised him to proceed thither as soon as possible—for they said that he could win the day by his presence and prestige—he decided to do no more than hold his present position and strengthen it by getting together a guard of the legionaries, who were encamped in many different quarters of the city. He did however put on a linen cuirass, though he openly declared that it would afford little protection against so many swords. But he was lured out by false reports, circulated by the conspirators to induce him to appear in public; for when a few rashly assured him that the trouble was over, that the rebels had been overthrown, and that the rest were coming in a body to offer their congratulations, ready to submit to all his orders, he went out to meet them with so much confidence, that when one of the soldiers boasted that he had slain Otho, he asked him, "On whose authority?" and then he went on as far as the Forum. There the horsemen who had been bidden to slay him, spurring their horses through the streets and dispersing the crowd of civilians, caught sight of him from a distance and halted for a moment. Then

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

parumper restiterunt; dein rursum incitati desertum a suis contrucidarunt.

XX. Sunt qui tradant, ad primum tumultum proclamasse eum: "Quid agitis commilitones? Ego vester sum et vos mei," donativum etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt optulisse ultro iugulum et ut hoc agerent ac ferirent, quando ita videretur, hortatum. Illud mirum admodum fuerit, neque praesentium quemquam opem imperatori ferre conatum et omnes qui arcesserentur¹ sprevisse nuntium excepta Germanicianorum² vexillatione. Ii ob recens meritum, quod se aegros et invalidos magno opere³ fovisset, in auxilium advolaverunt, sed serius itinere devio per ignorantiam locorum retardati.

2 Iugulatus est ad lacum Curti ac relictus ita uti erat, donec gregarius miles a frumentatione rediens abiecto onere caput ei amputavit; et quoniam capillo arripere non poterat, in gremium abdidit, mox inserto per os pollice ad Othonem detulit. Ille lixis calonibusque donavit, qui hasta suffixum non sine ludibrio circum castra portarunt adclamantes identidem: "Galba Cupido, fruaris aetate tua," maxime irritati ad talem iocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam ut adhuc floridam et vegetam respondisse eum:

"Ἐτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν.

¹ arcesserentur] arcessirentur, *MGR*.

² Germanicianorum, *Turnebus*; Germaniciorum, *Ω*.

³ magno opere] magnopere, *mss*.

^a Which he had hitherto refused; see chap. xvi. 1.

^b See note on *Calig.* lviii. 2.

^c In the Forum; see *Aug.* lvii. 1, and Index.

they rushed upon him again and butchered him, abandoned by his followers.

XX. Some say that at the beginning of the disturbance he cried out, "What mean you, fellow soldiers? I am yours and you are mine," and that he even promised them largess.^a But the more general account is, that he offered them his neck without resistance, urging them to do their duty^b and strike, since it was their will. It might seem very surprising that none of those present tried to lend aid to their emperor, and that all who were sent for treated the summons with contempt except a company of German troops. These, because of his recent kindness in showing them great indulgence when they were weakened by illness, flew to his help, but through their unfamiliarity with the city took a roundabout way and arrived too late.

He was killed beside the Lake of Curtius^c and was left lying just as he was, until a common soldier, returning from a distribution of grain, threw down his load and cut off the head. Then, since there was no hair by which to grasp it, he put it under his robe, but later thrust his thumb into the mouth and so carried it to Otho. He handed it over to his servants and camp-followers, who set it on a lance and paraded it about the camp with jeers, crying out from time to time, "Galba, thou Cupid, exult in thy vigour!" The special reason for this saucy jest was, that the report had gone abroad a few days before, that when someone had congratulated him on still looking young and vigorous, he replied :

"As yet my strength is unimpaired."^d

^a *Iliad*, 5. 254; *Odyss.* 21. 426.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

Ab iis Patrobii¹ Neroniani libertus centum aureis redemptum eo loco, ubi iussu Galbae animadversum in patronum suum fuerat, abiecit. Sero tandem dispensator Argivus et hoc et ceterum truncum in privatis eius hortis Aurelia via sepulturae dedit.

XXI. Statura fuit iusta, capite praecalvo, oculis caeruleis, adunco naso, manibus pedibusque articulari morbo distortissimis, ut neque calceum perpeti nec² libellos evolvere aut tenere omnino valeret. Excreverat etiam in dexteriore latere eius caro praependebatque adeo ut aegre fascia substringeretur.

XXII. Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere consuevit, inter cenam vero usque eo abundantis,³ ut congestas super manus reliquias circumferri iuberet spargique ad pedes stantibus. Libidinis in mares pronior⁴ et eos non nisi praeduros exoletosque; ferebant in Hispania Icelum e veteribus concubinis de Neronis exitu nuntiantem non modo artissimis osculis palam exceptum ab eo, sed ut sine mora velleretur oratum atque seductum.

XXIII. Periit tertio et septuagesimo aetatis anno, imperii mense septimo. Senatus, ut primum licitum est, statuam ei decreverat rostratae columnae super-

¹ Patrobii, ς (*Sabellicus*); Patrobil, Ω .

² nec] ne, *M*; neque, *Gd*; the other mss. have nec.

³ abundantis, *Graevius*; abundanti, Ω ; abundantem, *Milan ed.* of 1475; abundanter, *Gruter*.

⁴ pronior, mss.; pronioris, *Stephanus*.

* The meaning of this passage is uncertain and the interpretations various; see the long note in the ed. of Baum-

From these it was bought by a freedman of Patrobius Neronianus for a hundred pieces of gold and thrown aside in the place where his patron had been executed by Galba's order. At last, however, his steward Argivus consigned it to the tomb with the rest of the body in Galba's private gardens on the Aurelian Road.

XXI. He was of average height, very bald, with blue eyes and a hooked nose. His hands and feet were so distorted by gout that he could not endure a shoe for long, unroll a book, or even hold one. The flesh on his right side too had grown out and hung down to such an extent, that it could with difficulty be held in place by a bandage.

XXII. It is said that he was a heavy eater and in winter time was in the habit of taking food even before daylight, while at dinner he helped himself so lavishly that he would have the leavings which remained in a heap before him passed along and distributed among the attendants who waited on him.^a He was more inclined to unnatural desire, and in gratifying it preferred full-grown, strong men. They say that when Icelus, one of his old-time favourites, brought him news in Spain of Nero's death, he not only received him openly with the fondest kisses, but begged him to prepare himself without delay and took him one side.

XXIII. He met his end in the seventy-third year of his age and the seventh month of his reign. The senate, as soon as it was allowed to do so, voted him a statue standing upon a column adorned

garten-Crusius. The meaning of *super manus* is particularly dark ; the most plausible suggestion is that it is equivalent to *ante se*.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

stantem in parte Fori, qua trucidatus est; sed decretum Vespasianus abolevit, percussores sibi ex Hispania in Iudaeam submisisse opinatus.

OTHO

I. Maiores Othonis orti sunt oppido Ferentio, familia vetere et honorata atque ex principibus Etruriae. Avus M. Salvius¹ Otho, patre equite R., matre humili incertum an ingenua, per gratiam Liviae Augustae, in cuius domo creverat, senator est factus nec praeturae gradum excessit.

- 2 Pater L. Otho, materno genere praeclaro multarumque et magnarum propinquitatum, tam carus tamque non absimilis facie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. Urbanos honores, proconsulatum Africae et extraordinaria imperia severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex paenitentia praepositos suos quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, capite punire et quidem ante principia se coram, quamvis ob id ipsum promotos in

¹ Salvius, *Stephanus*; Silvius, *Ω*.

^a Like Maecenas, Otho was *Tyrrhena regum progenies*; Hor. *Odes*, 3. 29. 1.

^b See *Claud.* xiii. and xxxv. 2.

with the beaks of ships, in the part of the Forum where he was slain; but Vespasian annulled this decree, believing that Galba had sent assassins from Spain to Judaea, to take his life.

OTHO

I. THE ancestors of Otho came from an old and illustrious family in the town of Ferentium and were descended from the princes of Etruria.^a His grandfather Marcus Salvius Otho, whose father was a Roman knight but whose mother was of lowly origin and perhaps not even free-born, became a senator through the influence of Livia Augusta, in whose house he was reared; but did not advance beyond the grade of praetor.

His father Lucius Otho was of a distinguished family on his mother's side, with many powerful connections, and was so beloved by Tiberius and so like him in appearance, that he was believed by many to be the emperor's son. In the regular offices at Rome, the proconsulate of Africa, and several special military commands he conducted himself with extreme severity. In Illyricum he even had the courage to punish some soldiers with death, because in the rebellion of Camillus,^b repenting of their defection, they had killed their officers on the ground that they were the ringleaders in the revolt against Claudius; and they were executed in his presence before his headquarters, although he knew that they had been promoted to higher

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

3 amplio^{re} gradum a Claudio sciret. Quo facto sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit; quam tamen mature recip^{er}avit detecta equitis R. fraude, quem prodentibus servis necem Claudio parare compererat. Namque et senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, prosecutus est eum et Claudius adlectum inter patricios conlaudans amplissimis verbis hoc quoque adiecit: "Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem." Ex Albia Terentia splendida femina duos filios tulit, L. Titianum et minorem M. cognominem sibi; tulit et filiam, quam vixdum nubilem Druso Germanici filio despondit.

II. Otho imperator IIII. Kal. Mai. natus est Camillo Arruntio Domitio Ahenobarbo cons. A prima adulescentia prodigus ac procax, adeo ut saepe flagris obiurgaretur a patre, ferebatur et vagari noctibus solitus atque invalidum quemque obviorum vel potulentum corripere ac distento sago impositum in sublime
2 iactare. Post patris deinde mortem libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulavit quamvis anum ac paene decrepitam; per hanc insinuatus Neroni facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum, ut vero quidam tradunt, et consuetudine mutui stupri. Ac tantum

* Suetonius does not mention this among the conspiracies against Claudius; see *Claud.* xiii.

^b Instead of the modern blanket a *sagum*, or military cloak, was used, whence the operation was called *sagatio*.

positions by Claudius because of that very act. By this deed, while he increased his reputation, he lost favour at court; but he speedily regained it by detecting the treachery of a Roman knight, whose slaves betrayed their master's design of killing the emperor.^a For in consequence of this, the senate conferred a very unusual honour on him by setting up his statue in the Palace; and Claudius also enrolled him among the patricians, and after praising him in the highest terms, added these words: "a man of greater loyalty than I can even pray for in my own children." By Albia Terentia, a woman of an illustrious line, he had two sons, Lucius Titianus and a younger called Marcus, who had the same surname as himself; also a daughter, whom he betrothed to Drusus, son of Germanicus, almost before she was of marriageable age.

II. The emperor Otho was born on the fourth day before the Kalends of May in the consulate of Camillus Arruntius and Domitius Ahenobarbus. From earliest youth he was so extravagant and wild that his father often flogged him; and they say that he used to rove about at night and lay hands on any one whom he met who was feeble or drunk and toss him in a blanket.^b

Apr. 28
32 A.D.

After his father's death he pretended love for an influential freedwoman of the court, although she was an old woman and almost decrepit, that he might more effectually win her favour. Having through her wormed his way into Nero's good graces, he easily held the first place among the emperor's friends because of the similarity of their characters; but according to some, also through immoral relations. At any rate his influence was such, that when he had

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

potentia valuit, ut damnatum repetundis consularem virum, ingens praemium pactus, prius quam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere.

III. Omnium autem consiliorum secretorumque particeps die, quem necandae matri Nero destinarat, ad avertendas suspiciones cenam utrique exquisitissimae comitatis dedit; item Poppaeam Sabinam tunc adhuc amicam eius, abductam marito demandatamque interim sibi, nuptiarum specie recepit nec corrupisse contentus adeo dilexit, ut ne rivalem quidem
2 Neronem aequo tulerit animo. Creditur certe non modo missos ad arcessendam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem miscentemque frustra minas et preces ac depositum reposcentem. Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Et¹ satis visum, ne poena acrior mimum omnem divulgaret, qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit:

“Cur Otho mentito sit, quaeritis, exsul honore?

Uxoris moechus coeperat esse suae.”

Provinciam administravit quaestorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari.

¹ et, *Ω*; id, *Casaubon*.

* The penalty for extortion was expulsion from the senate; see *Jul. xliii. 1.* ^b See note on *Nero, xxxiv. 2.*

* According to *Tac. Ann. 13. 45*, the marriage was a real one, as is also implied below; see note *d.*

^d See note * above.

bargained for a huge sum of money to procure the pardon of an ex-consul who had been condemned for extortion, he had no hesitation in bringing him into the senate to give thanks, before he had fully secured his restoration.^a

III. He was privy to all the emperor's plans and secrets, and on the day which Nero had chosen for the murder of his mother he gave both of them a most elaborate banquet,^b in order to avert suspicion. Also when Poppaea Sabina, who up to that time had been Nero's mistress, was separated from her husband and turned over for the time being to Otho, he pretended marriage with her;^c but not content with seducing her he became so devoted that he could not endure the thought of having Nero even as a rival. At all events it is believed that he not only would not admit those whom Nero sent to fetch her, but that on one occasion he even shut out the emperor himself, who stood before his door, vainly mingling threats and entreaties and demanding the return of his trust. Therefore Nero annulled the marriage^d and under colour of an appointment as governor banished Otho to Lusitania, contenting himself with this through fear that by inflicting a severer punishment he would make the whole farce public; but even as it was, it was published abroad in this couplet:

"Why, do you ask, in feigned honour does Otho
in banishment languish?

With his own wedded wife he had begun an
intrigue."

With the rank of quaestor Otho governed the province for ten years with remarkable moderation and integrity.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

IV. Ut tandem occasio ultionis data est, conatibus Galbae primus accessit; eodemque momento et ipse spem imperii cepit magnam quidem et ex condicione temporum, sed aliquanto maiorem ex affirmatione Seleuci mathematici. Qui cum eum olim superstitem Neroni fore spondisset, tunc ultro inopinatus advenerat imperaturum quoque brevi repromittens.

- 2 Nullo igitur officii aut ambitionis in quemquam genere omisso, quotiens cena principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim dividebat, nec minus alium alia via militum demerebatur; cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter totum agrum redemit emancipavitque, ut iam vix ullus esset, qui non et sentiret et praedicaret solum successione imperii dignum.

- V. Speraverat autem fore ut adoptaretur a Galba, idque in dies expectabat. Sed postquam Pisone praelato spe decidit, ad vim conversus est instigante super animi dolorem etiam magnitudine aeris alieni. Neque enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse, nihilque referre ab hoste in acie an in
2 Foro sub creditoribus caderet. Ante paucos dies servo Caesaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat; hoc subsidium tanti coepti

* Tacitus and Plutarch give Ptolemaeus as the name of the astrologer.

IV. When at last an opportunity for revenge was given him, Otho was the first to espouse Galba's cause, at the same time conceiving on his own account high hopes of imperial power, because of the state of the times, but still more because of a declaration of the astrologer Seleucus.^a For he had not only promised Otho some time before that he would survive Nero, but had at this time unexpectedly appeared unsought and made the further promise, that he would soon become emperor as well.

Accordingly Otho let slip no opportunity for flattery or attention to anyone. Whenever he entertained the prince at dinner, he gave a gold piece to each man of the cohort on guard, and put all the soldiers under obligation in one form or another. Chosen arbiter by a man who was at law with his neighbour about a part of his estate, he bought the whole property and presented it to him. As a result there was hardly anyone who did not both think and openly declare that he alone was worthy to succeed to the empire.

V. Now he had hoped to be adopted by Galba, and looked forward to it from day to day. But when Piso was preferred and he at last lost that hope, he resorted to force, spurred on not merely by feelings of resentment, but also by the greatness of his debts. For he flatly declared that he could not keep on his feet unless he became emperor, and that it made no difference whether he fell at the hands of the enemy in battle or at those of his creditors in the Forum.

He had extorted a million sesterces from one of the emperor's slaves a few days before for getting him a stewardship. This was the entire capital for

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

fuit. Ac primo quinque speculatoribus commissares est, deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant; omnibus dena sestertia repraesentata et quinquagena promissa. Per hos sollicitati reliqui, nec adeo multi, haud dubia fiducia in ipso negotio pluris adfuturos.

VI. Tulerat animus post adoptionem statim castra occupare cenantemque in Palatio Galbam adgredi, sed obstitit respectus cohortis, quae tunc excubabat, ne oneraretur invidia, quod eiusdem statione et Gaius fuerat occisus et desertus Nero. Medium quoque tempus religio et Seleucus exemit.

- 2 Ergo destinata die praemonitis consciis, ut se in Foro sub aede Saturni ad miliarium aureum opperirentur, mane Galbam salutavit, utque consueverat osculo exceptus, etiam sacrificanti interfuit audivitque praedicta haruspiciis. Deinde liberto adesse architectos nuntiante, quod signum convenerat, quasi venalem domum inspecturus abscessit proripuitque se postica parte Palati ad constitutum. Alii febrem simulasse aiunt eamque excusationem
- 3 proximis mandasse, si quaereretur. Tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit ac deficientibus lecticariis¹ cum descendisset cursumque

¹ lecticariis, *X*; lecticaris, *Roth*; lecticaribus, *MGr*.

* Between the adoption and the death of Galba, a space of five days.

^b A pillar covered with gilded bronze, erected by Augustus, in 20 B.C., on which were engraved the names of the principal cities of the empire and their distance from Rome. The Roman roads were supposed to converge at that point, but the distances on them were reckoned from the gates.

his great undertaking. At first the enterprise was entrusted to five of his body-guard, then to ten others, two being chosen by each of the first five; to all of them ten thousand sesterces were paid at once and they were promised fifty thousand more. Through these others were won over, but not so very many, since he had full confidence that more would join him when the business was afoot.

VI. He had been inclined to seize the Camp immediately after the adoption, and set upon Galba as he was dining in the Palace, but had been prevented by consideration for the cohort which was on guard at the time, and a reluctance to increase its ill repute; for it was while that same cohort was at its post that both Galba had been slain and Nero had been forsaken. The intervening time^a was lost owing to bad omens and the warnings of Seleucus.

Accordingly, when the day was set, after admonishing his confederates to await him in the Forum at the golden mile-post^b hard by the temple of Saturn, he called upon Galba in the morning and was welcomed as usual with a kiss. He also attended the emperor as he was offering sacrifice, and heard the predictions of the soothsayer. Then a freed-man announced that the architects had come, which was the signal agreed on, and going off as if to inspect a house which was for sale, he rushed from the Palace by a back door and hastened to the appointed place. Others say that he feigned an attack of fever and asked those who stood near him to give that excuse, in case he should be missed. Then hurriedly entering a closed sedan, such as women use, he hurried to the camp, but got out when the bearers' strength flagged, and started to run.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

cepisset, laxato calceo restitit, donec omissa mora succollatus et a praesente comitatu imperator consalutatus inter faustas adclamationes strictosque gladios ad principia devenit, obvio quoque non aliter ac si conscius et particeps foret adhaerente. Ibi missis qui Galbam et Pisonem trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus militum animos nihil magis pro contione testatus est, quam id demum se habiturum, quod sibi illi reliquissent.

VII. Dein vergente iam die ingressus senatum positaque brevi ratione¹ quasi raptus de publico et suscipere imperium vi coactus gesturusque communi omnium arbitrio, Palatium petit. Ac super ceteras gratulantium adulantiumque blanditias ab infima plebe appellatus Nero nullum indicium recusantis dedit, immo, ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisque epistulis suis ad quosdam provinciarum praesides Neronis cognomen adiecit. Certe et imagines statuasque eius reponi passus est et procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit, nec quicquam prius pro potestate subscripsit quam quingenties sestertium ad peragendam Auream Domum.

- 2 Dicitur ea nocte per quietem pavefactus gemitus maximos edidisse repertusque a concursantibus humi ante lectum iacens per omnia piaculorum genera Manes Galbae, a quo deturbari expellique se viderat, propitiare temptasse; postridie quoque in augurando

¹ ratione, *Erasmus*; oratione, *mas*.

His shoe came untied and he stopped, whereupon without delay he was at once taken up on the shoulders of his companions and hailed as emperor. In this way he arrived at headquarters, amid acclamations and drawn swords, while everyone whom he met fell in, just as though he were an accomplice and a participator in the plot. He then sent emissaries to kill Galba and Piso, and made no further promises in the assembly to win the loyalty of the soldiers than to declare that he would have that—and only that—which they should leave to him.

VII. Next, as the day was drawing to its close, he entered the senate and after giving a brief account of himself, alleging that he had been carried off in the streets and forced to undertake the rule, which he would exercise in accordance with the general will, he went to the Palace. When in the midst of the other adulations of those who congratulated and flattered him, he was hailed by the common herd as Nero, he made no sign of dissent; on the contrary, according to some writers, he even made use of that surname in his commissions and his first letters to some of the governors of the provinces. Certain it is that he suffered Nero's busts and statues to be set up again, and reinstated his procurators and freedmen in their former posts, while the first grant that he signed as emperor was one of fifty million sesterces for finishing the Golden House.

It is said that he had a fearful dream that night, uttered loud groans, and was found by those who ran to his aid lying on the ground beside his couch; that he tried by every kind of expiatory rite to propitiate the shade of Galba, by whom he dreamt that he was ousted and thrown out; and that next

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

tempestate orta graviter prolapsum identidem obmurmurasse :

Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς ἀύλοῖς;¹

VIII. Sub idem vero tempus Germaniciani exercitus in Vitelli verba iurarant. Quod ut comperit, auctor senatui fuit mittendae legationis, quae doceret electum iam principem, quietem concordiamque² suaderet; et tamen per internuntios ac litteras consortem imperii generumque se Vitellio optulit. Verum haud dubio bello iamque ducibus et copiis, quas Vitellius praemiserat, appropinquantibus animum fidemque erga se praetorianorum paene internecone amplissimi ordinis expertus est.

2 Placuerat³ per classarios arma transferri remittique navibus; ea cum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati tumultum excitaverunt; ac repente omnes nullo certo duce in Palatium cucurrerunt caedem senatus flagitantes, repulsisque tribunorum qui inhibere temptabant, nonnullis et occisis, sic ut erant cruenti, ubinam imperator esset requirentes perruperunt in triclinium usque nec nisi viso destiterunt.

¹ ἀύλοῖς, ζ; *M* and the greater number of the other mss. have δούλοῖς.

² concordiamque, *GTδ*; et concordiam, *τ*; the other mss. have only concordiam.

³ placuerat, ζ (*Torrentius*); et placuerat, Ω; ei, *Bücheler*.

* Proverbial of undertaking something beyond one's powers; cf. Cic. *ad Att.* ii. 16.

^b To Ostia.

^c Of the armoury.

* This difficult passage is obscure because of its brevity and perhaps through corruption of the text. The same story is told by Tacitus (*Hist.* 1. 80) and Plutarch (*Otho*, 3.), but the three accounts seem to vary. According to Suetonius the arms were sent from the praetorian camp to Ostia, to fit out the (seventeenth) cohort, and the

day, as he was taking the auspices, a great storm arose and he had a bad fall, whereat he muttered from time to time :

With long pipes what concern have I ?^a

VIII. Now at about this same time the armies in Germany swore allegiance to Vitellius. When Otho learned of this, he persuaded the senate to send a deputation, to say that an emperor had already been chosen and to counsel peace and harmony ; but in spite of this he offered Vitellius by messengers and letters a share in the imperial dignity and proposed to become his son-in-law. But when it became clear that war was inevitable, and the generals and troops which Vitellius had sent in advance were already drawing near, he was given a proof of the affection and loyalty of the praetorians towards himself which almost resulted in the destruction of the senate. It had been resolved that some arms should be removed and carried back^b on shipboard by the marines ; but as these were being taken out^c in the Camp towards nightfall, some suspected treachery and started a riot ; then on a sudden all the soldiers hastened to the Palace without any particular leader, demanding the death of the senators. After putting to flight some of the tribunes who attempted to stop them, and killing others, just as they were, all blood-stained, they burst right into the dining-room, demanding to know where the emperor was ; and they could not be quieted until they had seen him.^d

riot started in the praetorian camp ; the account of Tacitus seems to imply that it was the soldiers from Ostia (joined by the praetorians) that burst into Otho's dining room : *insidentes equis urbem ac Palatium petunt*. The arms in question would seem to be a part of those belonging to the cohort ; hence *remitti*. See however Hofstee, *ad loc*.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

3 Expeditionem autem inpigre atque etiam praepropere incohavit, nulla ne religionum quidem cura, sed et motis necdum conditis ancilibus, quod antiquitus infaustum habetur, et die, quo cultores deum Matris lamentari et plangere incipiunt, praeterea adversissimis auspiciis. Nam et victima Diti patri caesa litavit, cum tali sacrificio contraria exta potiora sint, et primo egressu inundationibus Tiberis retardatus ad vicensimum etiam lapidem ruina aedificiorum praecusam viam offendit.

IX. Simili temeritate, quamvis dubium nemini esset quin trahi bellum oporteret, quando et fame et angustiis locorum urgeretur hostis, quam primum tamen decertare statuit, sive impatiens longioris sollicitudinis speransque ante Vitelli adventum profligari plurimum posse, sive impar militum ardori pugnam deposcentium. Nec ulli pugnae affuit substititque Brixelli.

2 Et tribus quidem, verum mediocribus proeliis apud Alpes circaque Placentiam et ad Castoris, quod loco nomen est, vicit; novissimo maximoque apud Betriacum¹ fraude superatus est, cum spe conloquii facta, quasi ad condicionem pacis militibus eductis, ex inproviso atque in ipsa consalutatione²

¹ Betriacum] Bretiacum, Ω .

² consalutatione, $\Pi^1 Q$ (cf. *Tac. Hist.* 2. 42); the other mss. have consultatione.

* From the temple of Mars, to be carried through the streets in the sacred procession. To begin any enterprise during that time was considered unlucky, and weddings were avoided; see Ovid, *Fasti*, iii. 393.

^b Cybele, whose festival was from March 24 to 30.

^c Tacitus, *Hist.* 2. 24, says *locus Castorum* (= *Castoris et Pollucis*) *vocatur*, and that it was twelve miles from Cremona. There was probably a temple there to the Twin Brethren.

He began his expedition with energy and in fact too hastily, without any regard even for the omens, and in spite of the fact that the sacred shields had been taken out,^a but not yet put back, which for ages has been considered unlucky; on the very day, too, when the worshippers of the Mother of the Gods^b begin their wailing and lamentation, and also with most unfavourable auspices. For having offered up a victim to father Dis, he had good omens, whereas in such a sacrifice adverse indications are more favourable; and when he first left the city, he was delayed by floods of the Tiber, while at the twentieth milestone he found the road blocked by fallen buildings.

IX. With like rashness, although no one doubted that the proper course was to protract the war, since the enemy were hard pressed by hunger and by the narrowness of their quarters, he decided to fight a decisive battle as soon as possible, either because he could not endure the continued worry and hoped that the war could be ended before the arrival of Vitellius, or from inability to resist the impetuosity of his soldiers, who clamoured for the fight. He himself did not take part in any of the battles, but remained behind at Brixellum.

He was victorious in three contests, but they were of little moment: in the Alps, near Placentia, and "at Castor's,"^c as the place is called. In the final and decisive struggle at Betriacum he was defeated, but through treachery. For hope of a conference was offered, and when his soldiers were led out in the belief that they were to discuss terms of peace, a battle was forced upon them unexpectedly, just as they were exchanging greetings with the foe.

3 dimicandum fuisset. Ac statim moriendi impetum cepit, ut multi nec frustra opinantur, magis pudore, ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseveraret, quam desperatione ulla aut diffidentia copiarum; quippe residuis integrisque etiam nunc quas secum ad secundos casus detinuerat, et supervenientibus aliis e Dalmatia Pannoniaque et Moesia, ne victis quidem adeo afflictis ut non in ultionem ignominiae quidvis discriminis ultro et vel solae subirent.

X. Interfuit huic bello pater meus Suetonius Laetus, tertiae decimae legionis tribunus angusticlavus. Is mox referre crebro solebat Othonem etiam privatum usque adeo detestatum civilia arma, ut memorante quodam inter epulas de Cassi Brutique exitu cohorruerit; nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse; tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, qui cum cladem exercitus nuntiaret nec cuiquam fidem faceret ac nunc mendaci nunc timoris, quasi fugisset, ex acie argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit. Hoc viso proclamasse eum aiebat, non amplius se in periculum talis tamque bene meritos coniecturum.

2 Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus, ut sibi quisque pro facultate

After the defeat, Otho at once resolved to take his own life, rather from a feeling of shame, as many have thought with good reason, and an unwillingness to persist in a struggle for imperial power at the expense of such danger to life and property, than from any despair of success or distrust of his troops; for even then he had a fresh and strong force which he had held in reserve for a second attempt, while others were on their way from Dalmatia, Pannonia, and Moesia. Even the defeated troops were not so crushed as not to undergo any danger, and even without support undertake to avenge their disgrace.

X. My father Suetonius Laetus took part in that war, as a tribune of the equestrian order in the Thirteenth legion. He used often to declare afterwards that Otho, even when he was a private citizen, so loathed civil strife, that at the mere mention of the fate of Brutus and Cassius at a banquet he shuddered; that he would not have engaged with Galba, if he had not felt confident that the affair could be settled peacefully; further, that he was led to hold his life cheap at that time by the example of a common soldier. This man on bringing news of the defeat of the army was believed by no one, but was charged by the soldiers now with falsehood and now with cowardice, and accused of running away; whereupon he fell on his sword at the emperor's feet. My father used to say that at this sight Otho cried out that he would no longer endanger the lives of such brave men, who had deserved so well.

Having therefore advised his brother, his nephew, and his friends one by one to look out each for his own safety as best they could, he embraced and

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnis, secretoque capto binos codicillos exaravit, ad sororem consolatorios et ad Messalinam Neronis, quam matrimonio destinarat, commendans reliquias suas et memoriam. Quicquid deinde epistularum erat, ne cui periculo aut noxae apud victorem forent, concremavit. Divisit et pecunias domesticis ex copia praesenti.

XI. Atque ita paratus intentusque iam morti, tumultu inter moras exorto ut eos, qui discedere et abire coeptabant, corripere quasi desertores detinerique sensit: "Adiciamus," inquit, "vitae et hanc noctem," his ipsis totidemque verbis, vetuitque vim cuiquam fieri; et in serum usque patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui prae-buit. Post hoc sedata siti gelidae aquae potione arripuit duos pugiones et explorata utriusque acie, cum alterum pulvino subdidisset, foribus adopertis artissimo somno quievit. Et circa lucem demum expefactus uno se traiecit ictu infra laevam papillam irrumpentibusque ad primum gemitum modo celans modo detegens plagam exanimatus est et celeriter, nam ita praeceperat, funeratus, tricensimo et octavo aetatis anno et nonagensimo et quinto imperii die.

XII. Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competit. Fuisse enim et modicae staturae et male pedatus scambusque¹ traditur, munditiarum

¹ scambusque, *Turnebus*; *cambusque*, *Ω*; cf. *Bonnet*, *A.L.L.* 13, 579.

kissed them all and sent them off. Then going to a retired place he wrote two notes, one of consolation to his sister, and one to Nero's widow Messalina, whom he had intended to marry, commending to her his corpse and his memory. Then he burned all his letters, to prevent them from bringing danger or harm to anyone at the hands of the victor. He also distributed what money he had with him among his servants.

XI. When he had thus made his preparations and was now resolved upon death, learning from a disturbance which meantime arose that those who were beginning to depart and leave the camp were being seized and detained as deserters, he said "Let us add this one more night to our life" (these were his very words), and he forbade the offering of violence to anyone. Leaving the door of his bedroom open until a late hour, he gave the privilege of speaking with him to all who wished to come in. After that quenching his thirst with a draught of cold water, he caught up two daggers, and having tried the point of both of them, put one under his pillow. Then closing the doors, he slept very soundly. When he at last woke up at about daylight, he stabbed himself with a single stroke under the left breast; and now concealing the wound, and now showing it to those who rushed in at his first groan, he breathed his last and was hastily buried (for such were his orders) in the thirty-eighth year of his age and on the ninety-fifth day of his reign.

XII. Neither Otho's person nor his bearing suggested such great courage. He is said to have been of moderate height, splay-footed and bandy-legged, but almost feminine in his care of his person. He

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

vero paene muliebrium, vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et adnexo, ut nemo dinosceret; quin et faciem cotidie rasitare ac pane madido linere consuetum, idque instituisse a prima lanugine, ne barbatus umquam esset; sacra etiam Isidis saepe in lintea religiosaque
2 veste propalam celebrasse. Per quae factum putem, ut mors eius minime congruens vitae maiore miraculo fuerit. Multi praesentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exosculati, fortissimum virum, unicum imperatorem praedicantes, ibidem statim nec procul a rogo vim suae vitae attulerunt; multi et absentium accepto nuntio prae dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt. Denique magna pars hominum incolumem gravissime detestata mortuum laudibus tulit, ut vulgo iactatum sit etiam, Galbam ab eo non tam dominandi quam rei p. ac libertatis restituendae causa interemptum.

VITELLIUS

I. VITELLIORUM originem alii aliam et quidem diversissimam tradunt, partim veterem et nobilem, partim vero novam et obscuram atque etiam sordidam; quod ego per adulatorem obtrectatoresque

had the hair of his body plucked out, and because of the thinness of his locks wore a wig so carefully fashioned and fitted to his head, that no one suspected it. Moreover, they say that he used to shave every day and smear his face with moist bread, beginning the practice with the appearance of the first down, so as never to have a beard ; also that he used to celebrate the rites of Isis publicly in the linen garment prescribed by the cult. I am inclined to think that it was because of these habits that a death so little in harmony with his life excited the greater marvel. Many of the soldiers who were present kissed his hands and feet as he lay dead, weeping bitterly and calling him the bravest of men and an incomparable emperor, and then at once slew themselves beside his bier. Many of those who were absent too, on receiving the news attacked and killed one another from sheer grief. In short the greater part of those who had hated him most bitterly while he lived lauded him to the skies when he was dead ; and it was even commonly declared that he had put an end to Galba, not so much for the sake of ruling, as of restoring the republic and liberty.

VITELLIUS

I. OF the origin of the Vitellii different and widely varying accounts are given, some saying that the family was ancient and noble, others that it was new and obscure, if not of mean extraction. I should believe that these came respectively from the

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

imperatoris Vitelli evenisse opinarer, nisi aliquanto
2 prius de familiae condicione variatum esset. Exstat
Q. Elogi¹ ad Quintum Vitellium Divi Augusti
quaestorem libellus, quo continetur, Vitellios Fauno
Aboriginum rege et Vitellia, quae multis locis pro
numine coleretur, ortos toto Latio imperasse; horum
residuam stirpem ex Sabinis transisse Romam atque
3 inter patricios adlectam; indicia stirpis mansisse diu
viam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque, item
coloniam eiusdem nominis, quam gentili copia ad-
versus Aequiculos tutandam olim depoposcissent;
tempore deinde Samnitici belli praesidio in Apuliam
misso quosdam ex Vitellis subsedis Nuceriae eorum-
que progeniem longo post intervallo repetisse urbem
atque ordinem senatorium.

II. Contra plures auctorem generis libertinum
prodiderunt, Cassius Severus nec minus alii eundem
et sutorem veteramentarium, cuius filius sectionibus
et cognituris uberius compendium nactus, ex muliere
vulgari, Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia,
equitem R. genuerit. Sed quod discrepat, sit in
2 medio. Ceterum P. Vitellius domo Nuceria, sive ille
stirpis antiquae sive pudendis parentibus atque avis,

¹ exstatq(ue) elogi, Ω (elogii, XΥ; elogium, G).

flatterers and detractors of the emperor, were it not for a difference of opinion about the standing of the family at a considerably earlier date. We have a book of Quintus Elogius addressed to Quintus Vitellius, quaestor of the Deified Augustus, in which it is written that the Vitellii were sprung from Faunus, king of the Aborigines, and Vitellia, who was worshipped as a goddess in many places; and that they ruled in all Latium. That the surviving members of the family moved from the Sabine district to Rome and were enrolled among the patricians. That traces of this stock endured long afterwards in the Vitellian Road, running from the Janiculum all the way to the sea, as well as in a colony of the same name, which in ancient days the family had asked the privilege of defending against the Aequicoli with troops raised from their own line. That when afterwards a force was sent into Apulia at the time of the Samnite war, some of the Vitellii settled at Nuceria, and that after a long time their descendants returned to the city and resumed their place in the senatorial order.

II. On the other hand several have written that the founder of the family was a freedman, while Cassius Severus and others as well say further that he was a cobbler, and that his son, after making a considerable fortune from the sale of confiscated estates and the profession of informer, married a common strumpet, daughter of one Antiochus who kept a bakery, and became the father of a Roman knight. But this difference of opinion may be left unsettled.

In any event Publius Vitellius of Nuceria, whether of ancient stock or of parents and forefathers in

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

- eques certe R. et rerum Augusti procurator, quattuor filios amplissimae dignitatis cognomines ac tantum praenominibus distinctos reliquit Aulum, Quintum, Publium, Lucium. Aulus in consulatu obiit, quem cum Domitio Neronis Caesaris patre inierat, praelautus¹ alioqui famosusque cenarum magnificentia. Quintus caruit ordine, cum auctore Tiberio secerni minus idoneos senatores removerique placuisset.
- 3 Publius, Germanici comes, Cn. Pisonem inimicum et interfectorem eius accusavit condemnavitque, ac post praeturae honorem inter Seiani conscios arreptus et in custodiam fratri datus scalpro librario venas sibi incidit, nec tam mortis paenitentia quam suorum obtestatione obligari curarique se passus in eadem
- 4 custodia morbo periit. Lucius ex consulatu Syriae praepositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit absente eo expeditione Britannica; vir innocens et industrius, sed amore libertinae perinfamis, cuius etiam salivis melle commixtis, ne clam quidem aut raro sed cotidie

¹ praelautus, *Basle ed. of 1533*; praelatus, Ω.

* See Tac. *Ann.* 2. 48.

† See *Calig.* xiv. 3.

whom he could take no pride, unquestionably a Roman knight and a steward of Augustus's property, left four sons of high rank with the same name and differing only in their forenames: Aulus, Quintus, Publius and Lucius. Aulus, who was given to luxury and especially notorious for the magnificence of his feasts, died a consul, appointed to the office with Domitius, father of the emperor Nero. Quintus lost his rank at the time when it was resolved, at the suggestion of Tiberius, to depose and get rid of undesirable senators.^a Publius, a member of Germanicus' staff, arraigned Gnaeus Piso, the enemy and murderer of his commander, and secured his condemnation. Arrested among the accomplices of Sejanus, after holding the praetorship, and handed over to his own brother to be kept in confinement, he opened his veins with a penknife, but allowed himself to be bandaged and restored, not so much from unwillingness to die, as because of the entreaties of his friends; and he met a natural death while still in confinement. Lucius attained the consulate and then was made governor of Syria, where with supreme diplomacy he not only induced Artabanus, king of the Parthians, to hold a conference with him,^b but even to do obeisance to the standards of the legion. Later he held, with the emperor Claudius, two more regular consulships and the censorship. He also bore the charge of the empire while Claudius was away on his expedition to Britain. He was an honest and active man, but of very ill repute because of his passion for a freedwoman, which went so far that he used her spittle mixed with honey to rub on his throat and jaws as a medicine, not secretly nor seldom, but openly and

32 A.D.

20 A.D.

35 A.D.

34 A.D.

43, 47, 50
44 A.D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

5 ac palam, arterias et fauces pro remedio fovebat. [Idem miri in adulando ingenii primus C. Caesarem adorare ut deum instituit, cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset quam capite velato circumvertensque se, deinde procumbens.] Claudium uxoribus libertisque addictum ne qua non arte demereretur, proximo munere a Messalina petit ut sibi pedes praeberet excalciandos¹; detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestavit assidue, nonnumquam osculabundus. Narcissi quoque et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Huius et illa vox est: "Saepe facias," cum saeculares ludos edenti Claudio gratularetur.

III. Decessit paralyti altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sestilia² probatissima nec ignobili femina editos consules vidit, et quidem eodem ambos totoque anno, cum maiori minor in sex menses successisset. Defunctum senatus publico funere honoravit, item statua pro rostris cum hac inscriptione: PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.

2 A. Vitellius L. filius imperator natus est VIII. Kal. Oct., vel ut quidam VII. Id. Sept., Druso Caesare Norbano Flacco cons. Genituram eius praedictam a mathematicis ita parentes exhorruerunt, ut pater magno opere semper contenderit, ne qua ei provincia

¹ excalciandos] exculciandos, *MGP¹R*; exosculandos, *Q*.

² Sestilia, the mss. except *POST*, which have Sextilia.

* See *Claud.* xxix. 1.

† See *Claud.* xxi. 2.

every day. [He had also a wonderful gift for flattery and was the first to begin to worship Gaius Caesar as a god; for on his return from Syria he did not presume to approach the emperor except with veiled head, turning himself about and then prostrating himself.] To neglect no means of gaining the favour of Claudius, who was a slave to his wives and freedmen,^a he begged of Messalina as the highest possible favour that she would allow him to take off her shoes; and when he had taken off her right slipper, he constantly carried it about between his toga and his tunic, and sometimes kissed it. Narcissus also and Pallas he honoured by cherishing their images among his household gods. It was he who made the famous remark, "May you often do it," when he was congratulating Claudius at the celebration of the Secular games.^b

III. He died of a paralytic stroke on the second day after he was seized, leaving two sons, begotten of Sestilia, a most worthy woman and of no mean family, and having lived to see them consuls both in the same year, and for the whole year, since the younger succeeded the elder for six months. On his decease the senate honoured him with a public funeral and with a statue on the rostra with this inscription: "Of unwavering loyalty to his emperor."

The emperor Aulus Vitellius, son of Lucius, was born on the eight day before the Kalends of October, or according to some, on the seventh day before the Ides of September, in the consulship of Drusus Caesar and Norbanus Flaccus. His parents were so aghast at his horoscope as announced by the astrologers, that his father tried his utmost, while he lived, to prevent the assignment of any province to

Sept. 24,
15 A.D.

Sept. 7

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

vivo se committeretur, mater et missum ad legiones et appellatum imperatorem pro afflicto statim lamentata sit. Pueritiam primamque adulescentiam Capreis egit inter Tiberiana scorta, et ipse perpetuo Spintriae¹ cognomine notatus existimatusque corporis gratia initium et causa incrementorum patri fuisse.

IV. Sequenti quoque aetate omnibus probris contaminatus, praecipuum in aula locum tenuit, Gaio per aurigandi, Claudio per aleae studium familiaris, sed aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem haec, tum peculiari merito, quod praesidens certamini Neroneo cupientem inter citharoedos contendere nec quamvis flagitantibus cunctis promittere audentem ideoque egressum theatro revocaverat, quasi perseverantis populi legatione suscepta, exorandumque praebuerat.

V. Trium itaque principum indulgentia non solum honoribus verum et sacerdotiis amplissimis auctus, proconsulatum Africae post haec curamque operum publicorum administravit et voluntate dispari et existimatione. In provincia singularem innocentiam praestitit biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substitisset; at in urbano officio dona atque ornamenta templorum subripuisse et commutasse quaedam ferebatur proque auro et argento stagnum² et aurichalcum supposuisse.

¹ spintriae] spintheriae, *mss.*

² stagnum, *the mss. except G* (stamnum) Π¹ (stannum).

^a See *Tib.* xliii. 1.

^b See *Nero*, xii. 3 and xxi.

his son; and when he was sent to the legions and hailed as emperor, his mother immediately mourned over him as lost. He spent his boyhood and early youth at Capreae among the wantons of Tiberius, being branded for all time with the nickname *Spintria*^a and suspected of having been the cause of his father's first advancement at the expense of his own chastity.

IV. Stained by every sort of baseness as he advanced in years, he held a prominent place at court, winning the intimacy of Gaius by his devotion to driving and of Claudius by his passion for dice. But he was still dearer to Nero, not only because of these same qualities, but because of a special service besides; for when he was presiding at the contests of the *Neronia*^b and Nero wished to compete among the lyre-players, but did not venture to do so although there was a general demand for him and accordingly left the theatre, Vitellius called him back, alleging that he came as an envoy from the insistent people, and thus gave Nero a chance to yield to their entreaties.

V. Having in this way through the favour of three emperors been honoured not only with political positions but with distinguished priesthoods as well, he afterwards governed Africa as proconsul and served as curator of public works, but with varying purpose and reputation. In his province he showed exceptional integrity for two successive years, for he served as deputy to his brother, who succeeded him; but in his city offices he was said to have stolen some of the offerings and ornaments from the temples and changed others, substituting tin and brass for gold and silver.

60 A. D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

VI. Uxorem habuit Petroniam consularis viri filiam et ex ea filium Petronianum captum altero oculo. Hunc heredem a matre sub condicione institutum, si de potestate patris exiisset, manu emisit brevique, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii et quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam praetorio patre ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem.

VII. A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem missus est. Adiutum putant T. Vini¹ suffragio, tunc potentissimi et cui iam pridem per communem factionis Venetae favorem conciliatus esset; nisi quod Galba prae se tulit nullos minus metuendos quam qui de solo victu cogitarent, ac posse provincialibus copiis profundam gulam eius expleri, ut cuivis evidens sit contemptu magis quam
2 gratia electum. Satis constat exituro viaticum de-
fuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romae relinquebat, meritorio cenaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas. Creditorum quidem praestolantium ac detinentium turbam et in iis Sinuessanos Formianosque, quorum publica vectigalia interver-

¹ Vini, *Torrentius*; Iuni, Ω .

^a A faction in the Circus; see note on *Calig.* lv. 2.

VI. He had to wife Petronia, daughter of an ex-consul, and by her a son Petronianus, who was blind in one eye. Since this son was named as his mother's heir on condition of being freed from his father's authority, he manumitted him, but shortly afterwards killed him, according to the general belief, charging him besides with attempted parricide, and alleging that his guilty conscience had led him to drink the poison which he had mixed for his intended crime. Soon afterwards he married Galeria Fundana, daughter of an ex-praetor, and from her too he had a son and a daughter, but the former stammered so, that he was all but dumb and tongue-tied.

VII. Galba surprised everyone by sending him to Lower Germany. Some think that it was due to Titus Vinus, who had great influence at the time, and whose friendship Vitellius had long since won through their common support of the Blues." But since Galba openly declared that no men were less to be feared than those who thought of nothing but eating, and that Vitellius's bottomless gullet might be filled from the resources of the province, it is clear to anyone that he was chosen rather through contempt than favour. It is notorious that when he was about to start, he lacked means for his travelling expenses, and that his need of funds was such, that after consigning his wife and children, whom he left in Rome, to a hired garret, he let his house for the rest of the year; and that he took a valuable pearl from his mother's ear and pawned it, to defray the expenses of his journey. He had to resort to false accusation to get rid of the throng of creditors that lay in wait for him and tried to detain him, including the people of Sinuessa and of Formiae, whose public revenues he

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

terat, non nisi terrore calumniae amovit, cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intendisset nec aliter quam extortis quinquaginta sestertiis remisisset.

- 3 Advenientem male animatus erga principem exercitus pronusque ad res novas libens ac supinis manibus excepit velut dono deum oblatum, ter consulis filium, aetate integra, facili ac prodigo animo. Quam veterem de se persuasionem Vitellius recentibus etiam experimentis auxerat, tota via caligatorum quoque militum obvios exosculans perque stabula ac deversoria mulionibus ac viatoribus praeter modum comis, ut mane singulos iamne iantassent sciscitaretur seque fecisse ructu quoque ostenderet.

- VIII. Castra vero ingressus nihil cuiquam poscenti negavit atque etiam ultro ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsit. Quare vixdum mense transacto, neque diei neque temporis ratione habita, ac iam vespere, subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat in veste domestica, imperator est consalutatus circumlatusque per celeberrimos vicos, strictum Divi Iuli gladium tenens detractum delubro Martis atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam. Nec ante in praetorium rediit quam flagrante triclinio ex conceptu camini, cum
- 2

^a *Supinis manibus*, "with hands uplifted," to the gods in gratitude.

^b See *Aug.* xxxii. 2.

^c Cf. *Aug.* lxxiii. and the note. See also Seneca, *De Tranq. An.* 1. 5, *placet . . . non ex arcula prolata vestis . . . sed domestica et vilis, nec servata nec sumenda sollicitè.*

had embezzled ; for he brought an action for damages against a freedman who was somewhat persistent in demanding what was due to him, alleging that he had been kicked by him, and would not let him off until he had squeezed him to the tune of fifty thousand sesterces.

On his arrival the army, which was disaffected towards the emperor and inclined to mutiny, received him gladly with open arms,^a as if he had come to them as a gift from the gods ; since he was the son of a man who had thrice been consul, in the prime of life, and of an easy-going and lavish disposition. This earlier good opinion Vitellius had also strengthened by recent acts, for throughout the march he kissed even the common soldiers whom he met, and at the posthouses and inns he was unusually affable to the mule drivers and travellers, asking each of them in the morning whether they had breakfasted and even showing by belching that he had done so.

VIII. As soon as he entered the camp, he granted every request that anyone made and even of his own accord freed those in disgrace from their penalties, defendants of suits from their mourning,^b and the convicted from punishment. Therefore hardly a month had passed, when the soldiers, regardless of the hour, for it was already evening, hastily took him from his bedroom, just as he was, in his common house-clothes,^c and hailed him as emperor. Then he was carried about the most populous villages, holding a drawn sword of the Deified Julius, which someone had taken from a shrine of Mars and handed him during the first congratulations. He did not return to headquarters until the dining-room caught fire from the stove and was ablaze ; and then, when all were shocked

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

quidem consternatis et quasi omine adverso anxiis omnibus: "Bono," inquit, "animo estote! nobis adluxit," nullo sermone alio apud milites usus. Consistente deinde etiam superioris provinciae exercitu, qui prior a Galba ad senatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusavit.

IX. Ac subinde caede Galbae adnuntiata, compositis Germanicis rebus, partitus est copias, quas adversus Othonem praemitteret quasque ipse perduceret. Praemisso agmine laetum evenit auspiciū, siquidem a parte dextra repente aquila advolavit lustratisque¹ signis ingressos viam sensim antecessit. At contra ipso movente statuæ equestres, cum plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt, et laurea, quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit; mox Viennæ pro tribunali iura reddenti gallinæus supra umerum ac deinde in capite astitit. Quibus ostentis par respondit exitus; nam confirmatum per legatos suos imperium per se retinere non potuit.

X. De Betriacensi victoria et Othonis exitu, cum adhuc in Gallia esset, audiit nihilque cunctatus, quicquid prætorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctoravit edicto iussas tribunis tradere arma. Centum autem atque viginti, quorum libellos

¹ lustratisque, 5 (*second Roman edition*); lustravitque, Ω.

• Vienne, on the Rhone.

• See chap. xviii. below.

• In deserting Galba for Otho.

and troubled at what seemed a bad omen, he said : "Be of good cheer ; to us light is given" ; and this was his only address to the soldiers. When he presently received the support of the army of the upper province too, which had previously transferred its allegiance from Galba to the senate, he eagerly accepted the surname of Germanicus, which was unanimously offered him, put off accepting the title of Augustus, and forever refused that of Caesar.

IX. Then hearing of the murder of Galba, he settled affairs in Germany and made two divisions of his forces, one to send on against Otho, and the other to lead in person. The former was greeted with a lucky omen at the start, for an eagle suddenly flew towards them from the right and after hovering about the standards, slowly preceded their line of march. But, on the contrary, when he himself began his advance, the equestrian statues which were being set up everywhere in his honour on a sudden all collapsed with broken legs, and the laurel crown which he had put on with due ceremony fell into a running stream. Later, as he was sitting in judgment on the tribunal at Vienna,^a a cock perched on his shoulder and then on his head.^b And the outcome corresponded with these omens ; for he was not by his own efforts able to retain the power which his lieutenants secured for him.

X. He heard of the victory at Betriacum and of the death of Otho when he was still in Gaul, and without delay by a single edict he disbanded all the praetorian cohorts, as having set a pernicious example,^c and bade them hand over their arms to their tribunes. Furthermore, he gave orders that one hundred and twenty of them should be hunted up

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

Othoni datos invenerat exposcentium praemium ob editam in caede Galbae operam, conquiri et supplicio adfici imperavit, egregie prorsus atque magnifice et ut summi principis spem ostenderet, nisi cetera magis ex natura et priore vita sua quam ex imperii maiestate gessisset. Namque itinere incohato per medias civitates ritu triumphantium vectus est perque flumina delicatissimis navigiis et variarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos obsoniorum apparatus, nulla familiae aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in iocum vertens, qui non contenti epulo ubique publice praebito, quoscumque libuisset in libertatem asserebant, verbera et plagas, saepe vulnera, nonnumquam necem repraesentantes adversantibus. Utque campos, in quibus pugnatum est, adit, abhorrentis quosdam cadaverum tabem detestabili voce confirmare ausus est, optime olere occisum hostem et melius civem. Nec eo setius ad leniendam gravitatem odoris plurimum meri propalam hausit passimque divisit. Pari vanitate atque insolentia lapidem memoriae Othonis inscriptum intuens dignum eo Mausoleo ait, pugionemque, quo is se occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum. In Appennini quidem iugis etiam pervigilium egit.

* Modern Cologne.

† See note c on *Calig.* liv. 2. The connection suggests an orgy in celebration of his victory.

and punished, having found petitions which they had written to Otho, asking for a reward for services rendered in connection with Galba's murder. These acts were altogether admirable and noble, and such as to give hope that he would be a great prince, had it not been that the rest of his conduct was more in harmony with his natural disposition and his former habits of life than with imperial dignity. For when he had begun his march, he rode through the middle of the cities like a triumphing general, and on the rivers he sailed in most exquisite craft wreathed with various kinds of garlands, amid lavish entertainments, with no discipline among his household or the soldiers, making a jest of the pillage and wantonness of all his followers. For not content with the banquets which were furnished them everywhere at public expense, they set free whatever slaves they pleased, promptly paying those who remonstrated with blows and stripes, often with wounds, and sometimes with death. When he came to the plains where the battle was fought and some shuddered with horror at the mouldering corpses, he had the audacity to encourage them by the abominable saying, that the odour of a dead enemy was sweet and that of a fellow-citizen sweeter still. But nevertheless, the better to bear the awful stench, he openly drained a great draught of unmixed wine and distributed some among the troops. With equal bad taste and arrogance, gazing upon the stone inscribed to the memory of Otho, he declared that he deserved such a Mausoleum, and sent the dagger with which his rival had killed himself to the Colony of Agrippina,^a to be dedicated to Mars. He also held an all night festival ^b on the heights of the Apennines.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

XI. Urbem denique ad classicum introiit paludatus ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus ac detectis commilitonum armis.

2 Magis deinde ac magis omni divino humanoque iure neglecto Alliensi die pontificatum maximum cepit, comitia in decem annos ordinavit seque perpetuum consulem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendae rei p. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia inferias Neroni dedit ac sollemni convivio citharoedum placentem palam admonuit, ut aliquid et de dominico diceret, incohantique Neroniana cantica primus exsultans etiam plausit.

XII. Talibus principiis magnam imperii partem non nisi consilio et arbitrio vilissimi cuiusque histrionum et aurigarum administravit et maxime Asiatici liberti. Hunc adulescentulum mutua libidine constupratum, mox taedio profugum cum Puteolis poscam vendentem reprehendisset, coniecit in compedes statimque solvit¹ et rursus in deliciis habuit; iterum deinde ob nimiam contumaciam et furacitatem gravatus circumforano² lanistae vendidit dilatumque ad finem muneris repente subripuit et provincia demum accepta manumisit ac primo imperii die

¹ solvit, *Basle edition of 1533*; coluit, Ω.

² circumforano] circumforaneo, Ϛ.

^a A day of special ill omen because of the defeat by the Gauls in 390 B.C.

^b *Dominicus (liber)* was the name applied to a collection of Nero's compositions.

^c A drink made of sour wine or vinegar mixed with water.

XI. Finally he entered the city to the sound of the trumpet, wearing a general's mantle and a sword at his side, amid standards and banners, with his staff in military cloaks and his troops with drawn swords.

Then showing greater and greater disregard for the laws of gods and men, he assumed the office of high priest on the day of Allia,^a held elections for ten years to come, and made himself consul for life. And to leave no doubt in anyone's mind what model he chose for the government of the State, he made funerary offerings to Nero in the middle of the Campus Martius, attended by a great throng of the official priests; and when at the accompanying banquet a flute-player was received with applause, he openly urged him "to render something from the Master's Book^b as well"; and when he began the songs of Nero, Vitellius was the first to applaud him and even jumped for joy.

XII. Beginning in this way, he regulated the greater part of his rule wholly according to the advice and whims of the commonest of actors and chariot-drivers, and in particular of his freedman Asiaticus. This fellow had immoral relations with Vitellius in his youth, but later grew weary of him and ran away. When Vitellius came upon him selling *posca*^c at Puteoli, he put him in irons, but at once freed him again and made him his favourite. His vexation was renewed by the man's excessive insolence and thievishness, and he sold him to an itinerant keeper of gladiators. When, however, he was once reserved for the end of a gladiatorial show, Vitellius suddenly spirited him away, and finally on getting his province set him free. On the first day of his reign he presented him with the golden ring at a

aureis donavit anulis super cenam, cum mane rogantibus pro eo cunctis detestatus esset severissime talem equestris ordinis maculam.

XIII. Sed vel praecipue luxuriae saevitiaeque deditus epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in iantacula et prandia et cenas comissionesque, facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die, nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis milibus nummum constiterunt. Famosissima super ceteras fuit cena data ei adventicia a fratre, in qua duo milia lectissimorum piscium, septem avium apposita traduntur. Hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione patinae, quam ob immensam magnitudinem clipeum Minervae *πολιούχου*¹ dictitabat. In hac scarorum iocinera, phasianarum² et pavonum cerebella, linguas phoenicopterum, murenarum lactes a Parthia usque fretoque Hispanico per navarchos ac triremes petitarum commiscuit. Ut autem homo non profundae modo sed intempestivae quoque ac sordidae gulae, ne in sacrificio quidem umquam aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus et farris frusta³ paene

¹ *πολιούχου*, *Stephanus*; *τονδουχου*, *Ω*.

² phasianarum] fasianarum, *Ω*.

³ farris frusta and farra, *ς*; farris, *Ω*.

* The *iantaculum* was ordinarily a very light breakfast; Vitellius made a banquet of it.

^b Probably referring to the colossal statue of Athena Promachos on the Acropolis at Athens. Pliny, *N.H.* 35. 163 ff., says that the platter cost a million sesterces, and

banquet, although in the morning, when there was a general demand that Asiaticus be given that honour, he had deprecated in the strongest terms such a blot on the equestrian order.

XIII. But his besetting sins were luxury and cruelty. He divided his feasts into three, sometimes into four a day, breakfast,^a luncheon, dinner, and a drinking bout; and he was readily able to do justice to all of them through his habit of taking emetics. Moreover, he had himself invited to each of these meals by different men on the same day, and the materials for any one of them never cost less than four hundred thousand sesterces. Most notorious of all was the dinner given by his brother to celebrate the emperor's arrival in Rome, at which two thousand of the choicest fishes and seven thousand birds are said to have been served. He himself eclipsed even this at the dedication of a platter, which on account of its enormous size he called the "Shield of Minerva, Defender of the City."^b In this he mingled the livers of pike, the brains of pheasants and peacocks, the tongues of flamingoes and the milt of lampreys, brought by his captains and triremes from the whole empire, from Parthia to the Spanish strait.^c Being besides a man of an appetite that was not only boundless, but also regardless of time or decency, he could never refrain, even when he was sacrificing or making a journey, from snatching bits of meat and cakes amid the altars, almost from the very fire, and devouring them on the spot; and in

that to make it a special furnace was built in the open fields.

^a That is, from the eastern to the western limits of the Roman world.

rapta e foco manderet circaque viarum popinas fumantia obsonia vel pridiana atque semesa.

- XIV. Pronus vero ad cuiuscumque et quacumque de causa necem atque supplicium nobiles viros, condiscipulos et aequales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii adlice factos vario genere fraudis occidit, etiam unum veneno manu sua porrecto in aquae frigidae potione, quam is
 2 adfectus febre poposcerat. Tum faeneratorum et stipulatorum publicanorumque, qui umquam se aut Romae debitum aut in via portorium flagitassent, vix ulli pepercit; ex quibus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum statimque revocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram interfici iussit, velle se dicens pascere oculos; alterius poenae
 3 duos filios adiecit deprecari pro patre conatos. Sed et equitem R. proclamantem, cum raperetur ad poenam: "Heres meus es," exhibere testamenti tabulas coegit, utque legit coheredem sibi libertum eius ascriptum, iugulari cum liberto imperavit. Quosdam et de plebe ob id ipsum, quod Venetae factioni clare male dixerant, interemit contemptu
 4 sui et nova spe id ausos opinatus.¹ Nullis tamen infensior quam vernaculis et mathematicis, ut quisque

¹ opinatus] obstinatus, *Mr*; obstinatosque, *G*.

^a See *Calig.* liv. 2.

^b *Vernaculus* and *verna* are used by Martial 10. 3. 1 and 1. 41. 2 in the sense of "buffoons," a meaning derived from the proverbial insolence of the *vernae*, or home-born slaves. The connection of the word here with *mathematicis*, and the fact that only the astrologers are mentioned in what follows, would seem to imply that the lampoons of these jesters contained predictions about Vitellius.

the cookshops along the road, viands smoking hot or even those left over from the day before and partly consumed.

XIV. He delighted in inflicting death and torture on anyone whatsoever and for any cause whatever, putting to death several men of rank, fellow students and comrades of his, whom he had solicited to come to court by every kind of deception, all but offering them a share in the rule. This he did in various treacherous ways, even giving poison to one of them with his own hand in a glass of cold water, for which the man had called when ill of a fever. Besides he spared hardly one of the money-lenders, contractors, and tax-gatherers who had ever demanded of him the payment of a debt at Rome or of a toll on a journey. When one of these had been handed over for execution just as he was paying his morning call and at once recalled, as all were praising the emperor's mercy, Vitellius gave orders to have him killed in his presence, saying that he wished to feast his eyes. In another case he had two sons who attempted to intercede for their father put to death with him. A Roman knight also, who cried as he was being taken off to execution, "You are my heir," he compelled to show his will; and reading that one of the man's freedmen was put down as joint-heir with himself, he ordered the death both of the knight and the freedman. He even killed some of the common people, merely because they had openly spoken ill of the Blue faction,^a thinking that they had ventured to do this from contempt of himself and the anticipation of a change of rulers. But he was especially hostile to writers of lampoons^b and to astrologers, and whenever any one of them was

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

deferretur, inauditum capite puniebat exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat intra Kal. Oct. urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus propositus est, et Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem
 5 Kalendarum diem usquam esset. Suspectus et in morte matris fuit, quasi aegrae praeberi cibum prohibuisset, vaticinante Chatta¹ muliere, cui velut oraculo adquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti exstisset. Alii tradunt ipsam taedio praesentium et imminentium metu venenum a filio impetrasse, haud sane difficulter.

XV. Octavo imperii mense desciverunt ab eo exercitus Moesiarum atque Pannoniae, item ex transmarinis Iudaicus et Syriaticus, ac pars in absentis pars in praesentis Vespasiani verba iurarunt. Ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac favorem nihil non publice privatimque nullo adhibito modo largitus est. Dilectum quoque ea
 2 condicionem in urbe egit, ut voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum iustaeque militiae commoda polliceretur. Urgenti deinde terra marique hosti hinc fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit, hinc Betriacenses copias et duces; atque ubique aut superatus

¹ Chatta] Chattha, *MG*; catha, *r*; cata, *X*.

^a That is, the astrologers, for whom *Chaldaei* became a general term. ^b See note on *Jul. lxxx. 2*.

accused, he put him to death without trial, particularly incensed because after a proclamation of his in which he ordered the astrologers to leave the city and Italy before the Kalends of October, a placard was at once posted, reading: "By proclamation of the Chaldeans,^a God bless the State^b! Before the same day and date let Vitellius Germanicus have ceased to live." Moreover, when his mother died, he was suspected of having forbidden her being given food when she was ill, because a woman of the Chatti, in whom he believed as he would in an oracle, prophesied that he would rule securely and for a long time, but only if he should survive his parent. Others say that through weariness of present evils and fear of those which threatened, she asked poison of her son, and obtained it with no great difficulty.

XV. In the eighth month of his reign the armies of the Moesian provinces and Pannonia revolted from him, and also in the provinces beyond the seas those of Judaea and Syria, the former swearing allegiance to Vespasian in his absence and the latter in his presence. Therefore, to retain the devotion and favour of the rest of the people, there was nothing that he did not lavish publicly and privately, without any limit whatever. He also held a levy in the city, promising those who volunteered not only their discharge upon his victory but also the rewards and privileges given to veterans after their regular term of service. Later, when his enemies were pressing him hard by land and sea, he opposed to them in one quarter his brother with a fleet manned by raw recruits and a band of gladiators, and in another the forces and leaders who had fought at Betriacum. And after he was everywhere either worsted or

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

aut proditus salutem sibi et milies sestertium a Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit; statimque pro gradibus Palati apud frequentes milites cedere se imperio quod invitus recepisset professus, cunctis reclamantibus¹ rem distulit ac nocte interposita primo diluculo sordidatus descendit ad rostra multisque cum lacrimis eadem illa, verum e libello testatus
 3 est. Rursus interpellante milite ac populo et ne deficeret hortante omnemque operam suam certatim pollicente, animum resumpsit Sabinumque et reliquos Flavianos nihil iam metuentis vi subita in Capitolium compulit succensoque templo Iovis Optimi Maximi oppressit, cum et proelium et incendium e Tiberiana prospiceret domo inter epulas. Non multo post paenitens facti et in alios culpam conferens vocata contione iuravit coegitque iurare et ceteros nihil
 4 sibi antiquius quiete publica fore. Tunc solutum a latere pugionem consuli primum, deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in aede Concordiae positurus abcessit. Sed quibusdam adclamantibus ipsum esse Concordiam, rediit nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiae recipere cognomen.

¹ reclamantibus, S; declamantibus, Ω.

* As a sign that he was willing to renounce the power of life and death over the people; Tac. Hist. 3. 68.

betrayed, he made a bargain with Flavius Sabinus, the brother of Vespasian, that he should have his own life and a hundred million sesterces. Thereupon he immediately declared from the steps of the Palace before his assembled soldiers, that he withdrew from the rule which had been given him against his will; but when all cried out against this, he postponed the matter, and after a night had passed, went at daybreak to the rostra in mourning garb and with many tears made the same declaration, but from a written document. When the people and soldiers again interrupted him and besought him not to lose heart, vying with one another in promising him all their efforts in his behalf, he again took courage and by a sudden onslaught drove Sabinus and the rest of the Flavians, who no longer feared an attack, into the Capitol. Then he set fire to the temple of Jupiter Optimus Maximus and destroyed them, viewing the battle and the fire from the house of Tiberius, where he was feasting. Not long afterwards he repented of his action and throwing the blame upon others, called an assembly and took oath, compelling the rest to do the same, that there was nothing for which he would strive more earnestly than for the public peace. Then he took a dagger from his side and offered it first to the consul, and when he refused it, to the magistrates, and then to the senators, one by one.^a When no one would take it, he went off as if he would place it in the temple of Concord; but when some cried out that he himself was Concord, he returned and declared that he would not only retain the steel but would also adopt the surname Concordia.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

XVI. Suasitque senatui, ut legatos cum virginibus Vestalibus mitterent pacem aut certe tempus ad consultandum petituros.

Postridie responsa opperienti nuntiatum est per exploratorem hostes appropinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella duobus solis comitibus, pistore et coco, Aventinum et paternam domum clam petit, ut inde in Campaniam fugeret; mox levi rumore et incerto, tanquam pax impetrata esset, referri se in Palatium passus est. Ubi cum deserta omnia repperisset, dilabentibus et qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit confugitque in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane lectoque et culcita obiectis.

XVII. Irruperant iam agminis antecessores ac nemine obvio rimabantur, ut fit, singula. Ab his extractus e latebra, sciscitantes, quis esset—nam ignorabatur—et ubi esse Vitellium sciret, mendacio elusit; deinde agnitus rogare non destitit, quasi quaedam de salute Vespasiani dicturus, ut custodiretur interim vel in carcere, donec religatis post terga manibus, iniecto cervicibus laqueo, veste disscissa seminudus in Forum tractus est inter magnarum verborumque ludibria per totum viae Sacrae spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut visendam

XVI. He also persuaded the senate to send envoys with the Vestal virgins, to sue for peace or at least to gain time for conference.

The following day, as he was waiting for a reply, word was brought by a scout that the enemy were drawing near. Then he was at once hurried into a sedan with only two companions, a baker and a cook, and secretly went to his father's house on the Aventine, intending to flee from there to Campania. Presently, on a slight and dubious rumour that peace had been granted, he allowed himself to be taken back to the Palace. Finding everything abandoned there, and that even those who were with him were making off, he put on a girdle filled with gold pieces and took refuge in the lodge of the door-keeper, tying a dog before the door and putting a couch and a mattress against it.

XVII. The foremost of the army had now forced their way in, and since no one opposed them, were ransacking everything in the usual way. They dragged Vitellius from his hiding-place and when they asked him his name (for they did not know him) and if he knew where Vitellius was, he attempted to escape them by a lie. Being soon recognised, he did not cease to beg that he be confined for a time, even in the prison, alleging that he had something to say of importance to the safety of Vespasian. But they bound his arms behind his back, put a noose about his neck, and dragged him with rent garments and half-naked to the Forum. All along the Sacred Way he was greeted with mockery and abuse, his head held back by the hair, as is common with criminals, and even the point of a sword placed under his chin, so that he could not look down but must let

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VII

2 praeberet faciem neve submitteret; quibusdam stercore et caeno incessantibus, aliis incendiarium et patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante; erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex vinulentia, venter obesus, alterum femur subdebile impulsu olim quadrigae, cum auriganti Gaio ministratorem exhiberet. Tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est et inde unco tractus in Tiberim.

XVIII. Periit cum fratre et filio anno vitae septimo quinquagesimo; nec fefellit coniectura eorum qui augurio, quod factum ei Viennae ostendimus, non aliud portendi praedixerant quam venturum in alicuius Gallicani hominis potestatem, siquidem ab Antonio Primo adversarum partium duce oppressus est, cui Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinacei rostrum.

their way in, and dragging everything in the usual way. They dragged Vitellius from his hiding-place and when they asked him his name (for they did not know him) and if he knew where Vitellius was, he attempted to escape them by a lie. Being soon recognised, he did not cease to beg that he be confined for a time, even in the prison, alleging that he had something to say of importance to the safety of Vespasian. But they bound his arms behind his back, put a noose about his neck, and dragged him with rent garments and half-naked to the Forum. All along the sacred way he was greeted with mockery and abuse, his head held back by the hair as is common with criminals, and even the point of a sword placed under his chin, so that he could not look down but must let

VITELLIUS

his face be seen. Some pelted him with dung and ordure, others called him incendiary and glutton, and some of the mob even taunted him with his bodily defects. He was in fact abnormally tall, with a face usually flushed from hard drinking, a huge belly, and one thigh crippled from being struck once upon a time by a four-horse chariot, when he was in attendance on Gaius as he was driving. At last on the Stairs of Wailing he was tortured for a long time and then despatched and dragged off with a hook to the Tiber.

XVIII. He met his death, along with his brother and his son, in the fifty-seventh year of his age, fulfilling the prediction of those who had declared from an omen which befell him at Vienna, as we have stated,^a that he was destined to fall into the power of some man of Gaul. For he was slain by Antonius Primus, a leader of the opposing faction, who was born at Tolosa and in his youth bore the surname Becco, which means a rooster's beak.^b

^a Chap. ix., above.

^b *Gallus* means "a cock," as well as "a Gaul."

BOOK VIII

THE DEIFIED VESPASIAN, THE DEIFIED TITUS, DOMITIAN

LIBER VIII

DIVUS VESPASIANUS DIVUS TITUS DOMITIANUS

DIVUS VESPASIANUS

I. REBELLIONE trium principum et caede incertum diu et quasi vagum imperium suscepit firmavitque tandem gens Flavia, obscura illa quidem ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamen rei p. nequaquam paenitenda, constet licet Domitianum cupiditatis ac saevitiae merito poenas luisse.

- 2 T. Flavius Petro, municeps Reatinus, bello civili Pompeianarum partium centurio an evocatus, profugit ex Pharsalica acie domumque se contulit, ubi deinde venia et missione impetrata coactiones argentarias factitavit. Huius filius, cognomine Sabinus, expers militiae—etsi quidam eum primipilarem, nonnulli, cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam valitudinis tradunt—publicum quadragesimae in Asia egit; manebantque

^a See note on *Galba*, x. 3.

^b A duty (*portorium*) of two and a half per cent. on imports and exports; cf. *Jul.* xliii. 1.

BOOK VIII

THE DEIFIED VESPASIAN, THE DEIFIED
TITUS, DOMITIAN

THE DEIFIED VESPASIAN

I. The empire, which for a long time had been unsettled and, as it were, drifting, through the usurpation and violent death of three emperors, was at last taken in hand and given stability by the Flavian family. This house was, it is true, obscure and without family portraits, yet it was one of which our country had no reason whatever to be ashamed, even though it is the general opinion that the penalty which Domitian paid for his avarice and cruelty was fully merited.

Titus Flavius Petro, a burgher of Reate and during the civil war a centurion or a volunteer veteran^a on Pompey's side, fled from the field of Pharsalus and went home, where after at last obtaining pardon and an honourable discharge, he carried on the business of a collector of moneys. His son, surnamed Sabinus (although some say that he was an ex-centurion of the first grade; others that while still in command of a cohort he was retired because of ill-health) took no part in military life, but farmed the public tax of a fortieth^b in Asia.

imagines a civitatibus ei positae sub hoc titulo :

- 3 ΚΑΛΩC ΤΕΛΩΝΗCΑΝΤΙ. Postea faenus apud Helvetios exercuit ibique diem obiit superstitibus uxore Vespasia Polla et duobus ex ea liberis, quorum maior Sabinus ad praefecturam urbis, minor Vespasianus ad principatum usque processit. Polla Nursiae honesto genere orta patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum praefectumque castrorum, fratrem senatorem praetoriae dignitatis. Locus etiam ad sextum miliarium a Nursia Spoletium euntibus in monte summo appellatur Vespasiae, ubi Vespasiorum complura monumenta exstant, magnum indicium splendoris
- 4 familiae et vetustatis. Non negaverim iactatum a quibusdam Petronis patrem e regione Transpadana fuisse mancipem operarum, quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare soleant; subsedissem autem in oppido Reatino uxore ibidem ducta. Ipse ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiose inquirerem, inveni.

II. Vespasianus natus est in Sabinis¹ ultra Reate vico modico, cui nomen est Falacrinae,² XV. Kal. Decb. vesperi, Q.³ Sulpicio Camerino C. Poppaeo Sabino cons., quinquennio ante quam Augustus excederet; educatus sub paterna avia Tertulla in praediis Cosanis. Quare princeps quoque et locum

¹ Sabinis, Ϝ; Samnis, Ω.

² Falacrinae] Phalacrinae (-ne), Ω.

³ vesperiq(ue), Ω; corrected in Ϝ.

* A position held by tried and skilful officers, especially centurions of the first grade (*primipili*; *C. I. L.* iii. 6809, etc.). Cf. Vegetius, *Epit. Rei Milit.* 2. 10, *is post longam probatamque militiam peritissimus omnium legebatur, ut recte doceret alios quod ipse cum laude fecisset.*

And there existed for some time statues erected in his honour by the cities of Asia, inscribed "To an honest tax-gatherer." Later he carried on a banking business in the Helvetian country and there he died, survived by his wife, Vespasia Polla, and by two of her children, of whom the elder, Sabinus, rose to the rank of prefect of Rome, and the younger, Vespasian, even to that of emperor. Polla, who was born of an honourable family at Nursia, had for father Vespasius Pollio, thrice tribune of the soldiers and prefect of the camp,^a while her brother became a senator with the rank of praetor. There is moreover on the top of a mountain, near the sixth milestone on the road from Nursia to Spolegium, a place called Vespasiae, where many monuments of the Vespasii are to be seen, affording strong proof of the renown and antiquity of the house. I ought to add that some have bandied about the report, that Petro's father came from the region beyond the Po and was a contractor for the day-labourers who come regularly every year from Umbria to the Sabine district, to till the fields; but that he settled in the town of Reate and there married. Personally I have found no evidence whatever of this, in spite of rather careful investigation.

II. Vespasian was born in the Sabine country, in a small village beyond Reate, called Falacrina, on the evening of the fifteenth day before the Kalends of December, in the consulate of Quintus Sulpicius Camerinus and Gaius Poppaeus Sabinus, five years before the death of Augustus. He was brought up under the care of his paternal grandmother Tertulla on her estates at Cosa. Therefore even after he became emperor he used constantly to visit the home

Nov. 1
9 A.D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

incunabulorum assidue frequentavit, manente villa qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret; et aviae memoriam tanto opere dilexit, ut sollemnibus ac festis diebus pocillo quoque eius argenteo potare perseveraverit.

2 Sumpta virili toga latum clavum, quanquam fratre adepto, diu aversatus est, nec ut tandem appeteret compelli nisi a matre potuit. Ea demum extudit magis convicio quam precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

3 Tribunatu militum in Thracia meruit; quaestor Cretam et Cyrenas provinciam sorte cepit; aedilitatis ac mox praeturae candidatus, illam¹ non sine repulsa sextoque vix adeptus est loco, hanc² prima statim petitione et in primis. Praetor infensum³ senatui Gaium ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios pro victoria eius Germanica depoposcit poenaeque coniuratorum addendum censuit, ut insepulti proicerentur. Egit et gratias ei apud amplissimum ordinem, quod se honore cenae dignatus esset.

III. Inter haec Flaviam Domitillam duxit uxorem, Statili Capellae equitis R. Sabratensis ex Africa delicatam olim Latinaeque condicionis, sed mox

¹ illam, *Torrentius*; etiam, Ω .

² hanc, *Bentley, Duker*; ac, Ω .

³ infensum, *Lipsius*; infensus (-os), *mss.*

* The *anteambulo* was the client who walked before his patron on the street and compelled people to make way for him; cf. Mart. 2. 18. 5, *tumidique anteambulo regis*, where *regis* means "patron," as in Hor. *Epist.* 1. 17. 43 and elsewhere.

^b See *Calig.* xlviii. and xlix.

^c Lepidus and Gaetulicus; see *Claud.* ix. 1.

THE DEIFIED VESPASIAN

of his infancy, where the manor house was kept in its original condition, since he did not wish to miss anything which he was wont to see there; and he was so devoted to his grandmother's memory, that on religious and festival days he always drank from a little silver cup that had belonged to her.

After assuming the garb of manhood he for a long time made no attempt to win the broad stripe of senator, though his brother had gained it, and only his mother could finally induce him to sue for it. She at length drove him to it, but rather by sarcasm than by entreaties or parental authority, since she constantly taunted him with being his brother's footman.^a

He served in Thrace as tribune of the soldiers; as quaestor was assigned by lot to the province of Crete and Cyrene; became a candidate for the aedileship and then for the praetorship, attaining the former only after one defeat and then barely landing in the sixth place, but the latter on his first canvass and among the foremost. In his praetorship, to lose no opportunity of winning the favour of Gaius, who was at odds with the senate,^b he asked for special games because of the emperor's victory in Germany and recommended as an additional punishment of the conspirators^c that they be cast out unburied. He also thanked the emperor before that illustrious body^d because he had deigned to honour him with an invitation to dinner.

III. Meanwhile he took to wife Flavia Domitilla, formerly the mistress of Statilius Capella, a Roman knight of Sabrata in Africa, a woman originally only of Latin rank,^e but afterwards declared a freeborn

^a The senate.

^b See note on *Aug.* xlvii.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

ingenuam et civem Rom. recipatorio iudicio pronuntiatam, patre asserente Flavio Liberale Ferrenti genito nec quicquam amplius quam quaestorio scriba. Ex hac liberos tulit Titum et Domitianum et Domitillam. Uxori ac filiae superstes fuit atque utramque adhuc privatus amisit. Post uxoris excessum Caenidem, Antoniae libertam et a manu, dilectam quondam sibi revocavit in contubernium habuitque etiam imperator paene iustae uxoris loco.

IV. Claudio principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est; inde in Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes superque viginti oppida et insulam Vectem Britanniae proximam in dicionem redegit partim Auli Plauti legati consularis partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta et in brevi spatio duplex sacerdotium accepit, praeterea consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses. Medium tempus ad proconsulatum usque in otio secessuque egit, Agrippinam timens potentem adhuc apud filium et defuncti quoque Narcissi amici perosam.

3 Exim¹ sortitus Africam integerrime nec sine magna dignatione administravit, nisi quod Hadrumeti seditione quadam rapa in eum iacta sunt. Rediit certe nihilo opulentior, ut qui prope labefactata iam fide omnia praedia fratri obligaret necessarioque ad mangonicos quaestus sustinendae digni-

¹ exim, *M*; the other mss. have exin.

* See *Claud.* xvii.

† The Isle of Wight.

° *Mango* (cf. Gk. μάγανον, "charm") was the term applied to a dealer in slaves, cattle, or wares, to which he tried to give an appearance of greater value than they actually possessed. The nickname applied to Vespasian implies that his trade was in mules.

citizen of Rome in a suit before arbiters, brought by her father Flavius Liberalis, a native of Ferentum and merely a quaestor's clerk. By her he had three children, Titus, Domitian, and Domitilla. He outlived his wife and daughter; in fact lost them both before he became emperor. After the death of his wife he resumed his relations with Caenis, freed-woman and amanuensis of Antonia, and formerly his mistress; and even after he became emperor he treated her almost as a lawful wife.

IV. In the reign of Claudius he was sent in command of a legion to Germany, through the influence of Narcissus; from there he was transferred to Britain,^a where he fought thirty battles with the enemy. He reduced to subjection two powerful nations, more than twenty towns, and the island of Vectis,^b near Britain, partly under the leadership of Aulus Plautius, the consular governor, and partly under that of Claudius himself. For this he received the triumphal regalia, and shortly after two priesthoods, besides the consulship, which he held for the last two months of the year. The rest of the time up to his proconsulate he spent in rest and retirement, through fear of Agrippina, who still had a strong influence over her son and hated any friend of Narcissus, even after the latter's death. 51 A.D.

The chance of the lot then gave him Africa, which he governed with great justice and high honour, save that in a riot at Hadrumetum he was pelted with turnips. Certain it is that he came back none the richer, for his credit was so nearly gone that he mortgaged all his estates to his brother, and had to resort to trading in mules^c to keep up his 63 A.D.

tatis causa descenderit; propter quod vulgo mulio vocabatur. Convictus quoque dicitur ducenta sestertia expressisse iuveni, cui¹ latum clavum adversus patris voluntatem impetrarat, eoque nomine graviter increpitus.

4 Peregrinatione Achaica inter comites Neronis cum cantante eo aut discederet saepius aut praesens obdormisceret, gravissimam contraxit offensam, prohibitusque non contubernio modo sed etiam publica salutatione secessit in parvam ac deviam civitatem, quoad latenti etiamque extrema metuenti provincia cum exercitu oblata est.

5 Percrebruerat Oriente toto vetus et constans opinio esse in fatis ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano, quantum postea eventu paruit, praedictum Iudaei ad se trahentes rebellarunt caesoque praeposito legatum insuper Syriae consularem suppetias ferentem rapta aquila fugaverunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore et non instrenuo duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est ut et industriae expertae nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac
6 nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter legatos maiore filio assumpto, ut primum provinciam attigit,

¹ cui, ζ (*Sabellicus*); qui, Ω.

* See *Nero*, xxii. ff.

• Probably of auxiliaries.

position; whence he was commonly known as "the Muleteer." He is also said to have been found guilty of squeezing two hundred thousand sesterces out of a young man for whom he obtained the broad stripe against his father's wish, and to have been severely rebuked in consequence.

On the tour through Greece, among the companions of Nero,^a he bitterly offended the emperor by either going out often while Nero was singing, or falling asleep, if he remained. Being in consequence banished, not only from intimacy with the emperor but even from his public receptions, he withdrew to a little out-of-the-way town, until a province and an army were offered him while he was in hiding and in fear of his life.

There had spread over all the Orient an old and established belief, that it was fated at that time for men coming from Judaea to rule the world. This prediction, referring to the emperor of Rome, as afterwards appeared from the event, the people of Judaea took to themselves; accordingly they revolted and after killing their governor, they routed the consular ruler of Syria as well, when he came to the rescue, and took one of his eagles. Since to put down this rebellion required a considerable army with a leader of no little enterprise, yet one to whom so great power could be entrusted without risk, Vespasian was chosen for the task, both as a man of tried energy and as one in no wise to be feared because of the obscurity of his family and name. Therefore there were added to the forces in Judaea two legions with eight divisions of cavalry and ten cohorts.^b He took his elder son as one of his lieutenants, and as soon as he reached his province

proximas quoque convertit in se, correcta statim castrorum disciplina, unoque et altero proelio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu scutoque sagittas aliquot exceperit.

V. Post Neronem Galbamque Othone ac Vitellio de principatu certantibus in spem imperii venit iam pridem sibi per haec ostenta conceptam.

2 In suburbano Flaviorum quercus antiqua, quae erat Marti sacra, per tres Vespasiae partus singulos repente ramos a frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiusque fati: primum exilem et cito arefactum, ideoque puella nata non perannavit, secundum praevalidum ac prolixum et qui magnam felicitatem portenderet, tertium vero instar arboris. Quare patrem Sabinum ferunt, haruspicio insuper confirmatum, renuntiasset matri, nepotem ei Caesarem genitum; nec illam quicquam aliud quam cachinnasse, mirantem quod adhuc se mentis compote deliraret iam filius suus.

3 Mox, cum aedilem eum C. Caesar, succensens curam verrendis viis non adhibitam, luto iussisset impleri congesto per milites in praetextae sinum, non defuerunt qui interpretarentur, quandoque proculcatam desertamque rem p. civili aliqua perturbatione in tutelam eius ac velut in gremium deventuram

he attracted the attention of the neighbouring provinces also; for he at once reformed the discipline of the army and fought one or two battles with such daring, that in the storming of a fortress he was wounded in the knee with a stone and received several arrows in his shield.

V. While Otho and Vitellius were fighting for the throne after the death of Nero and Galba, he began to cherish the hope of imperial dignity, which he had long since conceived because of the following portents.

On the suburban estate of the Flavii an old oak tree, which was sacred to Mars, on each of the three occasions when Vespasia was delivered suddenly put forth a branch from its trunk, obvious indications of the destiny of each child. The first was slender and quickly withered, and so too the girl that was born died within the year; the second was very strong and long and portended great success, but the third was the image of a tree. Therefore their father Sabinus, so they say, being further encouraged by an inspection of victims, announced to his mother that a grandson had been born to her who would be a Caesar. But she only laughed, marvelling that her son should already be in his dotage, while she was still of strong mind.

Later, when Vespasian was aedile, Gaius Caesar, incensed at his neglect of his duty of cleaning the streets, ordered that he be covered with mud, which the soldiers accordingly heaped into the bosom of his purple-bordered toga; this some interpreted as an omen that one day in some civil commotion his country, trampled under foot and forsaken, would come under his protection and as it were into his embrace.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

- 4 Prandente eo quondam canis extrarius e trivio manum humanam intulit mensaeque subiecit. Cenante rursus bos arator decusso iugo triclinium irrupit ac fugatis ministris quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis pedes cervicemque summisit. Arbor quoque cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis evulsa radicitus atque prostrata insequenti die viridior ac firmior surrexit.
- 5 At in Achaia somniavit initium sibi suisque felicitatis futurum, simul ac dens Neroni exemptus esset; evenitque ut sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderet tantumque quod exemptum.
- 6 Apud Iudaeam Carmeli dei oraculum consulentem ita confirmavere sortes, ut quidquid cogitaret volveretque animo quamlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur; et unus ex nobilibus captivis Iosephus, cum coiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore ut ab eodem brevi solveretur, verum
- 7 iam imperatore. Nuntiabantur et ex urbe praesagia: Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut tensam Iovis Optimi Maximi e sacrario in domum Vespasiani et inde in Circum deduceret; ac non multo post comitia secundi consulatus ineunte Galba statuam Divi Iuli ad Orientem sponte conversam,

^a The hand was typical of power, and *manus* is often used in the sense of *potestas*. ^b Of Nero's lodging.

Once when he was taking breakfast, a stray dog brought in a human hand from the cross-roads and dropped it under the table.^a Again, when he was dining, an ox that was ploughing shook off its yoke, burst into the dining-room, and after scattering the servants, fell at the very feet of Vespasian as he reclined at table, and bowed its neck as if suddenly tired out. A cypress tree, also, on his grandfather's farm was torn up by the roots, without the agency of any violent storm, and thrown down, and on the following day rose again greener and stronger than before.

He dreamed in Greece that the beginning of good fortune for himself and his family would come as soon as Nero had a tooth extracted; and on the next day it came to pass that a physician walked into the hall^b and showed him a tooth which he had just then taken out.

When he consulted the oracle of the god of Carmel in Judaea, the lots were highly encouraging, promising that whatever he planned or wished, however great it might be, would come to pass; and one of his high-born prisoners, Josephus by name, as he was being put in chains, declared most confidently that he would soon be released by the same man, who would then, however, be emperor. Omens were also reported from Rome: Nero in his latter days was admonished in a dream to take the sacred chariot of Jupiter Optimus Maximus from its shrine to the house of Vespasian and from there to the Circus. Not long after this, too, when Galba was on his way to the elections which gave him his second consulship, a statue of the Deified Julius of its own accord turned towards the East; and on the

acieque Betriacensi, prius quam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse victaque altera supervenisse tertiam ab solis exortu ac victricem abegisse.

VI. Nec tamen quicquam ante temptavit, promptissimis atque etiam instantibus suis, quam sollicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito favore.

- 2 Moesiaci exercitus bina e tribus legionibus milia missa auxilio Othoni, postquam ingressis iter nuntiatum est victum eum ac vim vitae suae attulisse, nihilo setius Aquileiam usque perseveraverunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grassati, cum timerent ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda poena esset, consilium inierunt eligendi creandique imperatoris; neque enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu qui Galbam, aut praetoriano qui Othonem, aut Germaniciano qui Vitellium fecissent.
- 3 Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros alium alia de causa improbarent et quidam e legione tertia, quae sub exitu Neronis translata ex Syria in Moesiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti nomenque eius vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et tunc quidem compressa res est revocatis ad officium numeris parumper. Ceterum divulgato facto Tiberius Alexander praefectus

field of Betriacum, before the battle began, two eagles fought in the sight of all, and when one was vanquished, a third came from the direction of the rising sun and drove off the victor.

VI. Yet he made no move, although his followers were quite ready and even urgent, until he was roused to it by the accidental support of men unknown to him and at a distance. Two thousand soldiers of the three legions that made up the army in Moesia had been sent to help Otho. When word came to them after they had begun their march that he had been defeated and had taken his own life, they none the less kept on as far as Aquileia, because they did not believe the report. There, taking advantage of the lawless state of the times, they indulged in every kind of pillage; then, fearing that if they went back, they would have to give an account and suffer punishment, they took it into their heads to select and appoint an emperor, saying that they were just as good as the Spanish army which had appointed Galba, or the praetorian guard which had elected Otho, or the German army which had chosen Vitellius. Accordingly the names of all the consular governors who were serving anywhere were taken up, and since objection was made to the rest for one reason or another, while some members of the third legion, which had been transferred from Syria to Moesia just before the death of Nero, highly commended Vespasian, they unanimously agreed on him and forthwith inscribed his name on all their banners. At the time, however, the movement was checked and the soldiers recalled to their allegiance for a season. But when their action became known, Tiberius Alexander, prefect of Egypt,

Aegypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kal. Iul., qui principatus dies in posterum observatus est; Iudaicus deinde exercitus V. Idus Iul. apud ipsum iuravit.

- 4 Plurimum coeptis contulerunt iactatum exemplar epistulae verae sive falsae defuncti Othonis ad Vespasianum extrema obtestatione ultionem mandantis et ut rei p. subveniret optantis, simul rumor dissipatus destinasse victorem Vitellium permutare hiberna legionum et Germanicas transferre in Orientem ad securiorem mollioremque militiam, praeterea ex praesidibus provinciarum Licinius Mucianus et e regibus Vologaesus Parthus; ille deposita simultate, quam in id tempus ex aemulatione non obscure gerebat, Syriacum promisit exercitum, hic quadraginta milia sagittariorum

VII. Suscepto igitur civili bello ac ducibus copiisque in Italiam praemissis interim Alexandriam transiit, ut claustra Aegypti optineret. Hic cum de firmitate imperii capturus auspicium aedem Serapidis summotis omnibus solus intrasset ac propitiato multum deo tandem se convertisset, verbenas coronasque et panificia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei visus est; quem neque admissum a quoquam et iam pridem propter nervorum valitudinem vix

^a July 11; according to Tac. *Hist.* 2. 79, it was the fifth day before the Nones, July 3.

^b Governor of the neighbouring province of Syria.

^c The strategic importance of Egypt is shown by Tac. *Ann.* 2. 59; cf. *Jul.* xxxv. 1 (at the end); *Aug.* xviii. 2.

^d The freedman's name, connected with Greek *Βασιλεύς*, "king," was an additional omen.

was the first to compel his legions to take the oath for Vespasian on the Kalends of July, the day which was afterwards celebrated as that of his accession ; then the army in Judaea swore allegiance to him personally on the fifth day before the Ides of July.^a

The enterprise was greatly forwarded by the circulation of a copy of a letter of the late emperor Otho to Vespasian, whether genuine or forged, urging him with the utmost earnestness to vengeance and expressing the hope that he would come to the aid of his country ; further, by a rumour which spread abroad that Vitellius had planned, after his victory, to change the winter quarters of the legions and to transfer those in Germany to the Orient, to a safer and milder service ; and finally, among the governors of provinces, by the support of Licinius Mucianus,^b and among the kings, by that of Vologaesús, the Parthian. The former, laying aside the hostility with which up to that time jealousy had obviously inspired him, promised the Syrian army ; and the latter forty thousand bowmen.

VII. Therefore beginning a civil war and sending ahead generals with troops to Italy, he crossed meanwhile to Alexandria, to take possession of the key to Egypt.^c There he dismissed all his attendants and entered the temple of Serapis alone, to consult the auspices as to the duration of his power. And when after many propitiatory offerings to the god he at length turned about, it seemed to him that his freedman Basilides^a offered him sacred boughs, garlands and loaves, as is the custom there ; and yet he knew well that no one had let him in, and that for some time he had been

ingredi longeque abesse constabat. Ac statim advenere litterae fusas apud Cremonam Vitelli copias, ipsum in urbe interemptum nuntiantes.

- 2 Auctoritas et quasi maiestas quaedam ut scilicet inopinato et adhuc novo principi deerat; haec quoque accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure sedentem pro tribunali pariter adierunt orantes opem valitudini demonstratam a Serapide per quietem: restitutum oculos, si inspisset; confirmatum crus, si dignaretur calce
- 3 contingere. Cum vix fides esset ullo modo rem successuram ideoque ne experiri quidem auderet, extremo hortantibus amicis palam pro contione utrumque temptavit; nec eventus defuit. Per idem tempus Tegeae in Arcadia instinctu vaticinantium effossa sunt sacro loco vasa operis antiqui atque in iis assimilis Vespasiano imago.

VIII. Talis tantaque cum fama in urbem reversus acto de Iudaeis triumpho consulatus octo veteri addidit; suscepit et censuram ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius quam prope afflictam nutantemque rem p. stabilire primo, deinde et ornare.

- 2 Milites pars victoriae fiducia, pars ignominiae dolore ad omnem licentiam audaciamque processe-
- 298

hardly able to walk by reason of rheumatism, and was besides far away. And immediately letters came with the news that Vitellius had been routed at Cremona and the emperor himself slain at Rome.

Vespasian as yet lacked prestige and a certain divinity, so to speak, since he was an unexpected and still new-made emperor; but these also were given him. A man of the people who was blind, and another who was lame, came to him together as he sat on the tribunal, begging for the help for their disorders which Serapis had promised in a dream; for the god declared that Vespasian would restore the eyes, if he would spit upon them, and give strength to the leg, if he would deign to touch it with his heel. Though he had hardly any faith that this could possibly succeed, and therefore shrank even from making the attempt, he was at last prevailed upon by his friends and tried both things in public before a large crowd; and with success. At this same time, by the direction of certain soothsayers, some vases of antique workmanship were dug up in a consecrated spot at Tegea in Arcadia and on them was an image very like Vespasian.

VIII. Returning to Rome under such auspices and attended by so great renown, after celebrating a triumph over the Jews, he added eight consulships to his former one; he also assumed the censorship and during the whole period of his rule he considered nothing more essential than first to strengthen the State, which was tottering and almost overthrown, and then to embellish it as well.

The soldiery, some emboldened by their victory and some resenting their humiliating defeat, had

70, 71,
74, 75,
77, 79.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

- rant; sed et provinciae civitatesque liberae, nec non et regna quaedam tumultuosius inter se agebant. Quare Vitellianorum quidem et exauctoravit plurimos et coercuit, participibus autem victoriae adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam legitima praemia
- 3 sero persolverit. Ac ne quam occasionem corrigendi disciplinam praetermitteret, adulescentulum fragrantem unguento, cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam gravissima increpuit: "Maluissem alium oboluisse," litterasque revocavit. Classarios vero, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes constitui aliquid sibi calciarii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit posthac excalciatos cursitare; et ex eo ita cursitant.
- 4 Achaïam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum libertate adempta, item Trachiam¹ Ciliciam et Commagenen dicionis regiae usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit. Cappadociae propter adsiduos barbarorum incursus legiones addidit consularemque rectorem imposuit pro eq. R.
- 5 Deformis urbs veteribus incendiis ac ruinis erat; vacuas areas occupare et aedificare, si possessores cessarent, cuicumque permisit. Ipse restitutionem Capitolii adgressus ruderil us purgandis manus primus admovit ac suo collo quaedam extulit; aerearumque tabularum tria milia, quae simul

¹ Trachiam, *Bentley* (Π); Thraciam, Ω.

* They were stationed at Ostia and Puteoli as a fire brigade (see *Claud.* xxv. 2), and the various divisions were on duty now in one town, now in the other, and again in Rome.

^b Literally, "on his own neck"; in a basket.

abandoned themselves to every form of licence and recklessness; the provinces, too, and the free cities, as well as some of the kingdoms, were in a state of internal dissension. Therefore he discharged many of the soldiers of Vitellius and punished many; but so far from showing any special indulgence to those who had shared in his victory, he was even tardy in paying them their lawful rewards. To let slip no opportunity of improving military discipline, when a young man reeking with perfumes came to thank him for a commission which had been given him, Vespasian drew back his head in disgust, adding the stern reprimand: "I would rather you had smelt of garlic"; and he revoked the appointment. When the marines who march on foot by turns from Ostia and Puteoli to Rome,^a asked that an allowance be made them under the head of shoe money, not content with sending them away without a reply, he ordered that in future they should make the run barefooted; and they have done so ever since.

He made provinces of Achaia, Lycia, Rhodes, Byzantium and Samos, taking away their freedom, and likewise of Trachian Cilicia and Commagene, which up to that time had been ruled by kings. He sent legions to Cappadocia because of the constant inroads of the barbarians, and gave it a consular governor in place of a Roman knight.

As the city was unsightly from former fires and fallen buildings, he allowed anyone to take possession of vacant sites and build upon them, in case the owners failed to do so. He began the restoration of the Capitol in person, was the first to lend a hand in clearing away the debris, and carried some of it off on his own head.^b He undertook to restore the

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

conflagrauerant, restituenda suscepit undique investigatis exemplaribus: instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum, quo continebantur paene ab exordio urbis senatus consulta, plebi scita de societate et foedere ac privilegio cuicumque concessis.

IX. Fecit et nova opera templum Pacis Foro proximum Divique Claudii in Caelio monte coeptum quidem ab Agrippina, sed a Nerone prope funditus destructum; item amphitheatrum urbe media, ut destinasse compererat Augustum.

2 Amplissimos ordines et exhaustos caede varia et contaminatos veteri neglegentia purgavit supplevitque recenso senatu et equite, summotis indignissimis et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. Atque uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se quam dignitate differre, de iurgio quodam senatoris equitisque R. ita pronuntiavit, non oportere maledici senatoribus, remaledici civile fasque esse.

X. Litium series ubique maiorem in modum excreverant, manentibus antiquis intercapedine iuris dictionis, accedentibus novis ex condicione tumultuque temporum; sorte elegit per quos rapta bello restituerentur quique iudicia centumviralia, quibus

^a The Colosseum, known as the Flavian amphitheatre until the Middle Ages.

^b That is, a citizen could return the abuse of another citizen, regardless of their respective ranks.

^c During the civil wars. ^d See note on *Aug.* xxxvi.

three thousand bronze tablets which were destroyed with the temple, making a thorough search for copies: priceless and most ancient records of the empire, containing the decrees of the senate and the acts of the commons almost from the foundation of the city, regarding alliances, treaties, and special privileges granted to individuals.

IX. He also undertook new works, the temple of Peace hard by the Forum and one to the Deified Claudius on the Caelian mount, which was begun by Agrippina, but almost utterly destroyed by Nero; also an amphitheatre^a in the heart of the city, a plan which he learned that Augustus had cherished.

He reformed the two great orders, reduced by a series of murders and sullied by long standing neglect, and added to their numbers, holding a review of the senate and the knights, expelling those who least deserved the honour and enrolling the most distinguished of the Italians and provincials. Furthermore, to let it be known that the two orders differed from each other not so much in their privileges as in their rank, in the case of an altercation between a senator and a Roman knight, he rendered this decision: "Unseemly language should not be used towards senators, but to return their insults in kind is proper and lawful."^b

X. Lawsuit upon lawsuit had accumulated in all the courts to an excessive degree, since those of long standing were left unsettled though the interruption of court business^c and new ones had arisen through the disorder of the times. He therefore chose commissioners by lot to restore what had been seized in time of war, and to make special decisions in the court of the Hundred,^d reducing the cases to the

peragendis vix suffectura litigatorum videbatur aetas, extra ordinem diiudicarent redigerentque ad brevissimum numerum.

XI. Libido atque luxuria coercente nullo invaluerat; auctor senatui fuit decernendi, ut quae se alieno servo iunxisset, ancilla haberetur; neve filiorum familiarum faeneratoribus exigendi crediti ius umquam esset, hoc est ne post patrum quidem mortem.

XII. Ceteris in rebus statim ab initio principatus usque ad exitum civilis et clemens, mediocritatem pristinam neque dissimulavit umquam ac frequenter etiam prae se tulit. Quin et conantis quosdam originem Flavii generis ad conditores Reatinos comitemque Herculis, cuius monimentum exstat Salaria via, referre irrisit ultro. Adeoque nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetivit, ut triumphi die fatigatus tarditate et taedio pompae non reticuerit, merito se plecti, qui triumphum, quasi aut debitum maioribus suis aut speratum umquam sibi, tam inepte senex concupisset. Ac ne tribuniciam quidem potestatem statim nec¹ patris patriae appellationem nisi sero recepit. Nam consuetudinem scrutandi salutantes manente adhuc bello civili omiserat.

XIII. Amicorum libertatem, causidicorum figuras

¹ statim nec, supplied by Bücheler; aut, Roth; statim, O. Hirschfeld.

^a In the legal sense; *filiī familiarum* were sons who were still under the control of their fathers, regardless of their age; cf. *Tib.* xv. 2.

^b His tribunician power was reckoned from July 1, 69, the

smallest possible number, since it was clear that the lifetime of the litigants would not suffice for the regular proceedings.

XI. Licentiousness and extravagance had flourished without restraint; hence he induced the senate to vote that any woman who formed a connection with the slave of another person should herself be treated as a bond-woman; also that those who lend money to minors ^a should never have a legal right to enforce payment, that is to say, not even after the death of the fathers.

XII. In other matters he was unassuming and lenient from the very beginning of his reign until its end, never trying to conceal his former lowly condition, but often even parading it. Indeed, when certain men tried to trace the origin of the Flavian family to the founders of Reate and a companion of Hercules whose tomb still stands on the Via Salaria, he laughed at them for their pains. So far was he from a desire for pomp and show, that on the day of his triumph, exhausted by the slow and tiresome procession, he did not hesitate to say: "It serves me right for being such a fool as to want a triumph in my old age, as if it were due to my ancestors or had ever been among my own ambitions." He did not even assume the tribunician power at once nor the title of Father of his Country until late.^b As for the custom of searching those who came to pay their morning calls,^c he gave that up before the civil war was over.

XIII. He bore the frank language of his friends, day when he was proclaimed emperor by the army. The meaning of the sentence is not clear.

^a See *Claud.* xxxv.

ac philosophorum contumaciam lenissime tulit. Licinium Mucianum notae impudicitiae, sed meritorum fiducia minus sui reverentem, numquam nisi clam et hactenus retaxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum querens adderet clausulam¹: "Ego tamen vir sum." Salvium Liberalem in defensione divitis rei ausum dicere: "Quid ad Caesarem, si Hipparchus sestertium milies habet?" et ipse laudavit. Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem ac neque assurgere neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit canem appellare.

XIV. Offensarum inimicitarumque minime memor exsecutorve Vitelli hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavit etiam et instruxit. Trepidum eum interdicta aula sub Nerone quaerentemque, quidnam ageret aut quo abiret, quidam ex officio admissionis simul expellens abire Morboviam iusserat. In hunc postea deprecantem non ultra verba excaudit, et quidem totidem fere atque eadem. Nam ut suspicione aliqua vel metu ad perniciem cuiusquam compelleretur tantum afuit, ut monentibus amicis cavendum esse Mettium Pompusianum, quod volgo crederetur genesim habere imperatoriam, insuper consulem fecerit, spondens quandoque beneficii memorem futurum.

XV. Non temere quis punitus insons reperietur²

¹ clausulam, *Duker*; clausulae, *Ω*.

² reperietur, *ς* (*Scrivenerius, Salmasius*); reperiretur, *Ω*.

^a See chap. vi. 4. He boasted that the rule had been at his disposal and that he had given it to Vespasian; see Tac. *Hist.* 4. 4.

^b Implying that Mucianus was effeminate and unchaste.

^c A made-up name from *morbis*, "illness"; the expression is equivalent to "go to the devil."

the quips of pleaders, and the impudence of the philosophers with the greatest patience. Though Licinius Mucianus,^a a man of notorious unchastity, presumed upon his services to treat Vespasian with scant respect, he never had the heart to criticise him except privately and then only to the extent of adding to a complaint made to a common friend, the significant words: "I at least am a man."^b When Salvius Liberalis ventured to say while defending a rich client, "What is it to Caesar if Hipparchus has a hundred millions," he personally commended him. When the Cynic Demetrius met him abroad after being condemned to banishment, and without deigning to rise in his presence or to salute him, even snarled out some insult, he merely called him "cur."

XIV. He was not inclined to remember or to avenge affronts or enmities, but made a brilliant match for the daughter of his enemy Vitellius, and even provided her with a dowry and a house-keeping outfit. When he was in terror at being forbidden Nero's court, and asked what on earth he was to do or where he was to go, one of the ushers put him out and told him to "go to Morbovia^c"; but when the man later begged for forgiveness, Vespasian confined his resentment to words, and those of about the same number and purport. Indeed, so far was he from being led by any suspicion or fear to cause anyone's death, that when his friends warned him that he must keep an eye on Mettius Pompusianus, since it was commonly believed that he had an imperial horoscope, he even made him consul, guaranteeing that he would one day be mindful of the favour.

XV. It cannot readily be shown that any innocent

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

nisi absente eo et ignaro aut certe invito atque decepto. Helvidio Prisco, qui et reversum se ex Syria solus privato nomine Vespasianum salutaverat et in praetura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat, non ante succensuit quam altercationibus insolentissimis paene in ordinem redactus. Hunc quoque, quamvis relegatum primo, deinde et interfici iussum, magni aestimavit servare quoquo modo, missis qui percussores revocarent; et servasset, nisi iam perisse falso renuntiatum esset. Ceterum neque caede cuiusquam umquam laetatus¹ iustis suppliciis inlacrimavit etiam et ingemuit.

XVI. Sola est, in qua merito culpetur, pecuniae cupiditas. Non enim contentus omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse, auxisse tributa provinciis, nonnullis et duplicasse, negotiationes quoque vel privato pudendas propalam exercuit, coemendo quaedam tantum ut pluris
2 postea distraheret. Ne candidatis quidem honores reisve tam innoxiiis quam nocentibus absolutiones venditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret; quibus quidem volgo pro spongiis

¹ laetatus, 5; omitted by the earlier mss.

^a That is, in their superscriptions; see note on *Tib.* xxxii. 2.

^b *Cogere (redigere) in ordinem* is used of one who resists or does not show proper respect to a magistrate; that is, attempts to reduce him to the level of an ordinary citizen. It seems to have been originally a military expression. Cf. *Claud.* xxxviii. 1; *Pliny, Epist.* 1. 23. 1; *Livy*, 3. 51. 13.

person was punished save in Vespasian's absence and without his knowledge, or at any rate against his will and by misleading him. Although Helvidius Priscus was the only one who greeted him on his return from Syria by his private name of "Vespasian," and moreover in his praetorship left the emperor unhonoured and unmentioned in all his edicts,^a he did not show anger until by the extravagance of his railing Helvidius had all but degraded him.^b But even in his case, though he did banish him and later order his death, he was most anxious for any means of saving him, and sent messengers to recall those who were to slay him; and he would have saved him, but for a false report that Helvidius had already been done to death. Certainly he never took pleasure in the death of anyone, but even wept and sighed over those who suffered merited punishment.

XVI. The only thing for which he can fairly be censured was his love of money. For not content with reviving the imposts which had been repealed under Galba, he added new and heavy burdens, increasing the amount of tribute paid by the provinces, in some cases actually doubling it, and quite openly carrying on traffic which would be shameful even for a man in private life; for he would buy up certain commodities merely in order to distribute them at a profit. He made no bones of selling offices to candidates and acquittals to men under prosecution, whether innocent or guilty. He is even believed to have had the habit of designedly advancing the most rapacious of his procurators to higher posts, that they might be the richer when he later condemned them; in fact, it was common talk that he used these men as sponges, because he, so to

dicebatur uti, quod quasi et siccos madefaceret et exprimeret umentis.

3 Quidam natura cupidissimum tradunt, idque exprobratum ei a sene bubulco, qui negata sibi gratuita libertate,¹ quam imperium adeptum² suppliciter orabat, proclamaverit, vulpem pilum mutare, non mores. Sunt contra qui opinentur ad manubias et rapinas necessitate compulsam summa aerarii fiscique inopia, de qua testificatus sit initio statim principatus, professus quadringenties milies opus esse, ut res p. stare posset. Quod et veri similis videtur, quando et male partis optime usus est.

XVII. In omne hominum genus liberalissimus explevit censum senatorium, consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentavit, plurimas per totum orbem civitates terrae motu aut incendio afflictas restituit in melius, ingenia et artes vel maxime fovit.

XVIII. Primus e fisco Latinis Graecisque rectoribus annua centena constituit; praestantis poetas, nec non et artifices, Coae Veneris,³ item Colossi refectorem insigni congiario magnaue mercede donavit; mechanico quoque grandis columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti

¹ negata . . . gratuita libertate, Π¹QST; the other mss. have negatam . . . gratuitam libertatem.

² adeptum, S²T⁵; adeptum, Ω.

³ Coae Veneris, Graevius; coevenerit, MGT; coemerit, LPS¹; coemit, S²T.

^a This had been increased to 1,200,000 sesterces by Augustus. ^b See note on Aug. xli. 2.

^c Doubtless referring to the statue of Venus consecrated by Vespasian in his temple of Peace, the sculptor of which,

speak, soaked them when they were dry and squeezed them when they were wet.

Some say that he was naturally covetous and was taunted with it by an old herdsman of his, who on being forced to pay for the freedom for which he earnestly begged Vespasian when he became emperor, cried: "The fox changes his fur, but not his nature." Others on the contrary believe that he was driven by necessity to raise money by spoliation and robbery because of the desperate state of the treasury and the privy purse; to which he bore witness at the very beginning of his reign by declaring that forty thousand millions were needed to set the State upright. This latter view seems the more probable, since he made the best use of his gains, ill-gotten though they were.

XVII. He was most generous to all classes, making up the requisite estate^a for senators, giving needy ex-consuls an annual stipend of five hundred thousand sesterces, restoring to a better condition many cities throughout the empire which had suffered from earthquakes or fires, and in particular encouraging men of talent and the arts.

XVIII. He was the first to establish a regular salary of a hundred thousand sesterces for Latin and Greek teachers of rhetoric, paid from the privy purse. He also presented eminent poets with princely largess^b and great rewards, and artists, too, such as the restorer of the Venus of Cos^c and of the Colossus.^d To a mechanical engineer, who promised to transport some heavy columns to the according to Pliny, was unknown. The Venus of Cos was the work of Praxiteles.

^a The colossal statue of Nero; *Nero*, xxxi. 1; but cf. T.L.L. s.v.

praemium pro commento non mediocre optulit, operam remisit praefatus sineret se plebiculam pascere.

XIX. Ludis, per quos scaena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata revocaverat. Apellae¹ tragoedo quadringenta, Terpno Diodoroque citharoedis ducena, nonnullis centena, quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Sed et convivabatur assidue ac saepius recta et dapsile, ut macellarios adiuveret. Dabat sicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Kal. Mart. feminis. Et tamen ne sic quidem pristina cupiditatis infamia
2 caruit. Alexandrini Cybiosacten² eum vocare perseveraverunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. Sed et in funere Favor archimimus personam eius ferens imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus et pompa constaret, ut audit sestertium centiens, exclamavit, centum sibi sestertia darent ac se vel in Tiberim proicerent. //

XX. Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris, vultu veluti nitentis; de quo quidam urbanorum non infacete, siquidem petenti, ut et in se aliquid diceret: "Dicam," inquit, "cum ventrem

¹ Apellae, *Bücheler*; Apellari, *mss.* (apelli, ρς).

² Cybiosacten, *Torrentius* from *Strabo*, 17. 796; cybio-
tanten, Ω.

^a See *Aug.* lxxiv. and the note.

^b See note ^d on *Calig.* lv. 2.

^c The Matronalia or feast of married women; see *Hor. Odes*, 3. 8, 1.

^d A transliterated Greek word, κυβισσάκτης, meaning "dealer in square pieces (κύβου) of salt fish."

Capitol at small expense, he gave no mean reward for his invention, but refused to make use of it, saying: "You must let me feed my poor commons."

XIX. At the plays with which he dedicated the new stage of the theatre of Marcellus he revived the old musical entertainments. To Apelles, the tragic actor, he gave four hundred thousand sesterces; to Terpnus and Diodorus, the lyre-players, two hundred thousand each; to several a hundred thousand; while those who received least were paid forty thousand, and numerous golden crowns were awarded besides. He gave constant dinner-parties, too, usually formally^a and sumptuously, to help the marketmen. He gave dinner gifts^b to women on the first of March,^c as he did to the men on the Saturnalia.

Yet even so he could not be rid of his former ill-repute for covetousness. The Alexandrians persisted in calling him Cybiosactes,^d the surname of one of their kings who was scandalously stingy. Even at his funeral, Favor, a leading actor of mimes, who wore his mask and, according to the usual custom, imitated the actions and words of the deceased during his lifetime, having asked the procurators in a loud voice how much his funeral procession would cost, and hearing the reply "Ten million sesterces," cried out: "Give me a hundred thousand and fling me even into the Tiber."

XX. He was well built,^e with strong, sturdy limbs, and the expression of one who was straining. Apropos of which a witty fellow, when Vespasian asked him to make a joke on him also, replied rather cleverly: "I will, when you have finished

* According to Celsus, 2. 1, *quadratum* is applied to a well-proportioned body, neither slender nor fat.

exonerare desieris." Valitudine prosperrima usus est, quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces ceteraque membra sibimet ad numerum in sphaeristerio defricaret inediamque unius diei per singulos menses interponeret.

XXI. Ordinem vitae hunc fere tenuit. In principatu maturius semper ac de nocte vigilabat; dein perlectis epistulis officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat, ac dum salutabatur, et calciabat ipse se et amiciebat; postque decisa quaecumque obvenissent negotia gestationi et inde quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in locum defunctae Caenidis¹ plurimas constituerat; a secreto in balineum tricliniumque transibat. Nec ullo tempore facilius aut indulgentior traditur, eaque momenta domestici ad aliquid petendum magno opere captabant.

XXII. Et super cenam autem et semper alias comissimus multa ioco transigebat; erat enim dicacitatis plurimae, etsi scurrilis et sordidae, ut ne praetextatis quidem verbis abstineret. Et tamen nonnulla eius facetissima exstant, in quibus et haec. Mestrium Florum consularem, admonitus ab eo "plaustra" potius quam "plostra" dicenda, postero die "Flaurum" salutavit. Expugnatus autem a quadam, quasi amore suo deperiret, cum perductae pro concubitu sestertia quadringenta donasset, ad-

¹ Caenidis, Q; Cenidis, MS²; the other mss. have G(a)enidis.

* Cf. Macrobius, *Saturn.* 2. 1. 9, *impudica et praetextata verba*; Gell. *N.A.* 9. 10. 4, *non praetextatis sed puris honestisque verbis*. Various explanations of the term are given. It perhaps means words such as boys use; but see Festus, s.v. *praetextum sermonem*.

^b *Plaustra* was the urban form of the word for "wagons,"

relieving yourself." He enjoyed excellent health, though he did nothing to keep it up except to rub his throat and the other parts of his body a certain number of times in the ball-ground, and to fast one day in every month.

XXI. This was in general his manner of life. While emperor, he always rose very early, in fact before daylight; then after reading his letters and the reports of all the officials, he admitted his friends, and while he was receiving their greetings, he put on his own shoes and dressed himself. After despatching any business that came up, he took time for a drive and then for a nap, lying with one of his concubines, of whom he had taken several after the death of Caenis. After his siesta he went to the bath and the dining-room; and it is said that at no time was he more good-natured or indulgent, so that the members of his household eagerly watched for these opportunities of making requests.

XXII. Not only at dinner but on all other occasions he was most affable, and he turned off many matters with a jest; for he was very ready with sharp sayings, albeit of a low and buffoonish kind, so that he did not even refrain from obscene expressions.^a Yet many of his remarks are still remembered which are full of fine wit, and among them the following. When an ex-consul called Mestrius Florus called his attention to the fact that the proper pronunciation was *plaustra*^b rather than *plostra*, he greeted him next day as "Flaurus." When he was importuned by a woman, who said that she was dying with love for him, he took her to his bed and gave her four but there was also a plebeian form *plostra*; see Hor. *Serm.* 1. 6. 42 and cf. *Claudius*, *Clodius*. The original form was *plostra*.

monente dispensatore, quem ad modum summam rationibus vellet inferri: "Vespasiano," inquit, "adamato."

XXIII. Utebatur et versibus Graecis tempestive satis, et de quodam procerae staturae improbiusque nato:

Μακρὰ βιβάς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος,

et de Cerylo liberto, qui dives admodum ob subterfugiendum quandoque ius fisci ingenuum se et Lachetem mutato nomine coeperat ferre:

ὦ Λάχης, Λάχης,

ἐπὰν ἀποθάνης,¹ αὐθις ἐξ ἀρχῆς² ἔσει

σύ³ Κηρύλος.⁴

Maxime tamen dicacitatem adfectabat in deformibus lucris, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret transferretque ad sales.

- 2 Quendam e caris ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit; exactaque pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit; interpellanti mox ministro: "Alium tibi," ait, "quaere fratrem; hic, quem tuum putas, meus est." Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calciandas mulas desiluisse,⁵ ut adeunti litigatori spatium moramque

¹ ἀποθάνης] αποθανες, Ω.

² ἀρχῆς, Casaubon; αιχαρχης, M; αυχαρης, G; the rest of the mss. for the most part have αυχαρχης.

³ ἔσει σύ, Bücheler; ειρσυ, Ω.

⁴ Γηρύλος, Ω.

⁵ desiluisse, M; the other mss. have desilisse.

* *Iliad* 7. 213.

• Menander, Fr. 223. 2, Koch.

hundred thousand sesterces for her favours. Being asked by his steward how he would have the sum entered in his accounts, he replied: "To a passion for Vespasian."

XXIII. He also quoted Greek verses with great timeliness, saying of a man of tall stature and monstrous parts:

"Striding along and waving a lance that casts a long shadow,"^a

and of the freedman Cerylus, who was very rich, and to cheat the privy purse of its dues at his death had begun to give himself out as freeborn, changing his name to Laches:

"O Laches, Laches,

When you are dead, you'll change your name at once

To Cerylus again."^b

But he particularly resorted to witticisms about his unseemly means of gain, seeking to diminish their odium by some jocose saying and to turn them into a jest.

Having put off one of his favourite attendants, who asked for a stewardship for a pretended brother, he summoned the candidate himself, and after compelling him to pay him as much money as he had agreed to give his advocate, appointed him to the position without delay. On his attendant's taking up the matter again, he said: "Find yourself another brother; the man that you thought was yours is mine." On a journey, suspecting that his muleteer had got down to shoe the mules merely to make delay and give time for a man with a lawsuit to approach the emperor, he asked how much he was

3 praeberet, interrogavit quanti calciasset, et pactus
 est¹ lucri partem. Reprehendenti filio Tito, quod
 etiam urinae vectigal commentus esset, pecuniam ex
 prima pensione admovit ad nares, sciscitans num
 odore offenderetur; et illo negante: "Atqui,"² in-
 quit, "e lotio est." Nuntiantis legatos decretam ei
 publice non mediocris summae statuam colosseam,
 iussit vel continuo ponere,³ cavam manum ostentans
 4 et paratam basim dicens. Ac ne in metu quidem ac
 periculo mortis extremo abstinuit iocis. Nam cum
 inter cetera prodigia Mausoleum derepente patuisset
 et stella crinita in caelo apparuisset, alterum ad
 Iuniam Calvinam e gente Augusti pertinere dicebat,
 alterum ad Parthorum regem qui capillatus esset;
 prima quoque morbi accessione: "Vae," inquit, "puto
 deus fio."

XXIV. Consulatu suo nono temptatus in Cam-
 pania motiunculis levibus protinusque urbe repetita,
 Cutilias⁴ ac Reatina rura, ubi aestivare quotannis
 solebat, petit. Hic cum super urgentem valitudinem
 creberrimo frigidae aquae usu etiam intestina vitiasset
 nec eo minus muneribus imperatoris ex consuetudine
 fungeretur, ut etiam legationes audiret cubans, alvo
 repente usque ad defectionem soluta, imperatorem
 ait stantem mori oportere; dumque consurgit ac

¹ et pactus est, *J. Gronov.*; pactusque est, *L³;* the other
 mss. have pactus.

² atqui] atquin, *M.*

³ ponere, *Bentley*; the mss. have poneret or ponerent.

⁴ Cutilias, *ς* (*Beroaldus*); Cutillas, *Ω*.

^a Of Augustus; see *Aug. c. 4.*

^b The connection between the *stella crinita* and the long
 hair of the Parthian king is obvious; it does not seem

paid for shoeing the mules and insisted on a share of the money. When Titus found fault with him for contriving a tax upon public conveniences, he held a piece of money from the first payment to his son's nose, asking whether its odour was offensive to him. When Titus said "No," he replied, "Yet it comes from urine." On the report of a deputation that a colossal statue of great cost had been voted him at public expense, he demanded to have it set up at once, and holding out his open hand, said that the base was ready. He did not cease his jokes even when in apprehension of death and in extreme danger; for when among other portents the Mausoleum^a opened on a sudden and a comet appeared in the heavens, he declared that the former applied to Junia Calvina of the family of Augustus, and the latter to the king of the Parthians, who wore his hair long;^b and as death drew near, he said: "Woe's me. Methinks I'm turning into a god."

XXIV. In his ninth consulship he had a slight illness in Campania, and returning at once to the city, he left for Cutilae and the country about Reate, where he spent the summer every year. There, in addition to an increase in his illness, having contracted a bowel complaint by too free use of the cold waters, he nevertheless continued to perform his duties as emperor, even receiving embassies as he lay in bed. Taken on a sudden with such an attack of diarrhoea that he all but swooned, he said: "An emperor ought to die standing," and while he was struggling to get on his feet, he died in the arms of those who tried accidental that Calvina is connected with *calvus*, "bald," though this word-play seems to have been overlooked.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

nititur, inter manus sublevantium extinctus est VIII. Kal. Iul. annum agens aetatis sexagensimum ac nonum superque mensem ac diem septimum.

XXV. Convenit inter omnis, tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse, ut post assiduas in se coniurationes ausus sit adfirmare senatui aut filios sibi successuros aut neminem. Dicitur etiam vidisse quondam per quietem stateram media parte vestibuli Palatinae domus positam examine aequo, cum in altera lance Claudius et Nero starent, in altera ipse ac filii. Nec res fefellit, quando totidem annis parique temporis spatio utrique imperaverunt.

DIVUS TITUS

I. Titus, cognomine paterno, amor ac deliciae generis humani—tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii vel artis vel fortunae superfuit, et, quod difficillimum est, in imperio, quando privatus atque etiam sub patre principe ne odio quidem, nedum vituperatione publica caruit—natus est III. Kal. Ian. insigni anno Gaiana nece, prope

* Claudius and Nero reigned thirteen and fourteen years respectively; Vespasian, ten; Titus, two; and Domitian, fifteen.

to help him, on the ninth day before the Kalends of July, at the age of sixty-nine years, seven months and seven days.

June 2
79 A.D.

- 2 erant, pretia moderatus est. Ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam existimans nimio vinearum studio neglegi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret utque in provinciis vineta succiderentur, relicta ubi plurimum dimidia parte; nec exsequi rem perseveravit. Quaedam ex maximis officiis inter libertinos equitesque R. communicavit.
- 3 Geminari legionum castra prohibuit nec plus quam mille nummos a quoquam ad signa deponi, quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna res novas moliens fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur. Addidit et quartum stipendium militi aureos ternos.

VIII. Ius diligenter et industrie dixit, plerumque

- gregum, *Beroaldus*; grecum, Ω.

^a See *Nero*, xvi. 2.

^b See *Aug.* lxxiv.

^c See *Calig.* lv. 2.

^d See chap. xiv. 2.

^e Offices formerly held by freedmen. Hadrian restricted such offices to the knights.

^f Where the soldiers deposited their surplus money with the general for safe keeping, until the end of their term of service; see *Veget.* 2. 20 and for fuller details Grenfell, Hunt, and Hogarth, "*Fayoum Towns and their Papyri*," pp. 252 ff., where the accounts of two soldiers of about the year 180 are published

VII. He made many innovations also in common customs. He did away with the distribution of food to the people^a and revived that of formal dinners.^b He added two factions of drivers in the Circus, with gold and purple as their colours, to the four former ones.^c He forbade the appearance of actors on the stage, but allowed the practice of their art in private houses. He prohibited the castration of males, and kept down the price of the eunuchs that remained in the hands of the slave dealers. Once upon the occasion of a plentiful wine crop, attended with a scarcity of grain, thinking that the fields were neglected through too much attention to the vineyards, he made an edict forbidding anyone to plant more vines in Italy and ordering that the vineyards in the provinces be cut down, or but half of them at most be left standing; but he did not persist in carrying out the measure.^d He divided some of the most important offices of the court^e between freedmen and Roman knights. He prohibited the uniting of two legions in one camp and the deposit of more than a thousand sesterces by any one soldier at headquarters,^f because it was clear that Lucius Antonius had been especially led to attempt a revolution by the amount of such deposits in the combined winter quarters of two legions. He increased the pay of the soldiers one fourth, by the addition of three gold pieces each year.^g

VIII. He administered justice scrupulously and conscientiously, frequently holding special sittings

^a That is, raised the amount from nine to twelve *aurei*. The *aureus* contained 100 sesterces and was equal to a little over a pound sterling, or five dollars.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

et in Foro pro tribunali extra ordinem; ambitiosas centumvirorum sententias rescidit; reciperatores, ne se perfusoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit; nummarios iudices cum suo quemque
 2 consilio notavit. Auctor et tribunis plebis fuit aedilem sordidum repetundarum accusandi iudicesque in eum a senatu petendi. Magistratibus quoque urbicis provinciarumque praesidibus coercendis tantum curae adhibuit, ut neque modestiores unquam neque iustiores exstiterint; e quibus plerosque post
 3 illum reos omnium criminum vidimus. Suscepta correctione¹ morum licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit; scripta famosa vulgoque edita, quibus primores viri ac feminae notabantur, abolevit non sine auctorum ignominia; quaestorium virum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, movit senatu; probrosis feminis lecticae usum ademit iusque capiendi legata hereditatesque; equitem R. ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae adulterii crimen intenderat, erasit iudicum albo; quosdam ex utroque ordine lege Scantinia condemnavit; incesta Vestalium virginum, a patre quoque suo et fratre neglecta, varie ac severe coercuit, priora capitali supplicio, posteriora more
 4 veteri. Nam cum Oculatis sororibus, item Varronillae liberum mortis permisisset arbitrium corruptoresque

¹ correctione, *L*₅; the other mss. have correptione.

^a That is, to gain favour with influential men or their advocates; cf. *Tib.* xxxiii. ^b Cf. *Nero*, xvii.

^c That is, all who sat in judgment on the same case.

^d As censor.

^e *De nefanda Venere.*

on the tribuna\ in the Forum. He rescinded such decisions of the Hundred Judges as were made from interested motives.^a He often warned the arbiters^b not to grant claims for freedom made under false pretences. He degraded jurors who accepted bribes, together with all their associates.^c He also induced the tribunes of the commons to prosecute a corrupt aedile for extortion, and to ask the senate to appoint jurors in the case. He took such care to exercise restraint over the city officials and the governors of the provinces, that at no time were they more honest or just, whereas after his time we have seen many of them charged with all manner of offences. Having undertaken the correction of public morals,^d he put an end to the licence at the theatres, where the general public occupied the seats reserved for the knights; did away with the prevailing publication of scurrilous lampoons, in which distinguished men and women were attacked, and imposed ignominious penalties on their authors; expelled an ex-quaestor from the senate, because he was given to acting and dancing; deprived notorious women of the use of litters, as well as of the right to receive inheritances and legacies; struck the name of a Roman knight from the list of jurors, because he had taken back his wife after divorcing her and charging her with adultery; condemned several men of both orders, offenders against the Scantinian law;^e and the incest of Vestal virgins, condoned even by his father and his brother, he punished severely in divers ways, at first by capital punishment, and afterwards in the ancient fashion. For while he allowed the sisters Oculata and also Varronilla free choice of the manner of

83 A.D.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

earum relegasset, mox Corneliam maximam virginem absolutam olim, dein longo intervallo repetitam atque convictam defodi imperavit stupratoresque virgis in Comitio ad necem caedi, excepto praetorio viro, cui, dubia etiam tum causa et incertis quaestionibus atque tormentis de semet professo, exsilium
5 indulisit. Ac ne qua religio deum impune contaminaretur, monimentum, quod libertus eius e lapidibus templo Capitolini Iovis destinatis filio exstruxerat, diruit per milites ossaque et reliquias quae inerant mari mersit.

IX. Inter initia usque adeo ab omni caede abhorrebat, ut absente adhuc patre recordatus Vergili verum :

“Impia quam caesis gens est epulata iuvenicis”
edicere destinarit, ne boves immolarentur. Cupiditatis quoque atque avaritiae vix suspicionem ullam aut privatus umquam aut princeps aliquamdiu dedit, immo e diverso magna saepe non abstinentiae modo sed etiam liberalitatis experimenta.
2 Omnis circa se largissime prosecutus nihil prius aut acrius monuit quam ne quid sordide facerent. Relictas sibi hereditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit. Legatum etiam ex testamento Rusti¹ Caepionis, qui caverat ut quotannis

¹ Rusti, 5 (*Torrentius, Burman*) ; rusci, Ω.

their death, and banished their paramours, he later ordered that Cornelia, a chief-vestal who had been acquitted once but after a long interval again arraigned and found guilty, be buried alive ; and her lovers were beaten to death with rods in the Comitium, with the exception of an ex-praetor, whom he allowed to go into exile, because he admitted his guilt while the case was still unsettled and the examination and torture of the witnesses had led to no result. To protect the gods from being dishonoured with impunity by any sacrilege, he caused a tomb which one of his freedmen had built for his son from stones intended for the temple of Jupiter of the Capitol to be destroyed by the soldiers and the bones and ashes contained in it thrown into the sea.

IX. In the earlier part of his reign he so shrank from any form of bloodshed, that while his father was still absent from the city, he planned to issue an edict that no oxen should be offered up, recalling the line of Vergil,

“E’er yet an impious race did slay and feast upon
bullocks.”^a

He was equally free from any suspicion of love of gain or of avarice, both in private life and for some time after becoming emperor ; on the contrary, he often gave strong proofs not merely of integrity, but even of liberality. He treated all his intimates most generously, and there was nothing which he urged them more frequently, or with greater insistence, than that they should be niggardly in none of their acts. He would not accept inheritances left him by those who had children. He even annulled a legacy in the will of Rustus Caepio, who had

ingredientibus curiam senatoribus certam summam viritim praestaret heres suus, irritum fecit. Reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, universos discrimine liberavit nec repeti nisi intra annum eaque condicione permisit, ut accusatori qui causam non teneret exsilium poena
 3 esset. Scribas quaestorios negotiantis ex consuetudine sed contra Clodiam legem venia in praeteritum donavit. Subsiciva, quae divisio per veteranos agris carptim superfuerunt, veteribus possessoribus ut usu capta concessit. Fiscales calumnias magna calumniantium poena repressit, ferebaturque vox eius :
 “ Princeps qui delatores non castigat, irritat.”

X. Sed neque in clementiae neque in abstinenciae tenore permansit, et tamen aliquanto celerius ad saevitiam descivit quam ad cupiditatem. Discipulum Paridis pantomimi impuberem¹ adhuc et cum maxime aegrum, quod arte formaque non absimilis magistro videbatur, occidit; item Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figuras, librariis etiam, qui eam descripserant, cruci fixis.
 L Patrem familias, quod Thraecem murmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum spectaculis

¹ impuberem, *Basle ed. of 1533*; puberem, *Ω*.

^a Probably referring to new senators, entering the House for the first time.

^b Nothing is known of this law. Livy, 21. 63. 3-4 mentions a law of Q. Claudius, which forbade senators to engage in business, and that law may have had a chapter referring to the *scribae quaestorii* and other “civil servants”; or, as some suppose, Publius Clodius may have passed such a law.

provided that his heir should yearly pay a specified sum to each of the senators on his entrance into the House.^a He cancelled the suits against those who had been posted as debtors to the public treasury for more than five years, and would not allow a renewal except within a year and on the condition that an accuser who did not win his suit should be punished with exile. Scribes of the quaestors who carried on business, which had become usual although contrary to the Clodian law,^b he pardoned for past offences. Parcels of land which were left unoccupied here and there after the assignment of lands to the veterans he granted to their old time owners as by right of possession. He checked false accusations designed for the profit of the privy purse^c and inflicted severe penalties on offenders; and a saying of his was current, that an emperor who does not punish informers hounds them on.

X. But he did not continue this course of mercy or integrity, although he turned to cruelty somewhat more speedily than to avarice. He put to death a pupil of the pantomimic actor Paris, who was still a beardless boy and ill at the time, because in his skill and his appearance he seemed not unlike his master;^d also Hermogenes of Tarsus because of some allusions in his History, besides crucifying even the slaves who had written it out. A householder who said that a Thracian gladiator was a match for the *murmillo*, but not for the giver of the games,^e he caused to be dragged from his seat and thrown into

^a That is, charges which resulted in the confiscation of the goods of the accused to the privy purse. ^d See chap. iii. 1.

^e Implying unfairness on the part of Domitian, who disliked the Thracians; cf. Pliny, *Paneg.* xxxiii.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

in harenam canibus obiecit cum hoc titulo: "Impie locutus parmularius."

- 2 Complures senatores, in iis aliquot consulares, interemit; ex quibus Civicam Cerealem in ipso Asiae proconsulatu, Salvidienum Orfitum, Acilium Glabrimonem in¹ exsilio, quasi molitores rerum novarum, ceteros levissima quemque de causa. Aelium Lamiam ob suspiciosos quidem, verum et veteres et innoxios iocos, quod post abductam² uxorem laudanti vocem suam "Eutacto" dixerat quodque Tito hortanti se ad alterum matrimonium responderat: μή καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις; Salvium Cocceianum, quod Othonis imperatoris patruī sui diem natalem celebraverat; Mettium Pomposianum,³ quod habere imperatoriam genesim vulgo ferebatur et quod depictum orbem terrae in membrana⁴ contionesque regum ac ducum ex Tito Livio circumferret quodque servis nomina Magonis et Hannibalis indidisset; Sallustium Lucullum Britanniae legatum, quod lanceas novae formae appellari Luculleas passus esset; Iunium Rusticum, quod Paeti Thraseae et Helvidi⁵ Prisci laudes edidisset appellassetque eos sanctissimos viros; cuius criminis occasione philosophos omnis urbe Italiaque summovit. Occidit et Helvidium filium, quasi scaenico exodio sub persona Paridis et

¹ in, added by *Torrentius*.

² abductam, *T*ς; adductam, Ω.

³ Pomposianum, *Roth* (cf. *Vesp.* xiv.); Pomposianum, Ω.

⁴ membrana, *Scriverius*; membranis, ς; membranas, Ω.

⁵ *Macé, Suétone, p. 413, would insert Herennium Senecionem quod before Helvidi.*

^a There is an added insult in *parmularius*, "one armed with the buckler," "a Thracian," as applied to a Roman citizen (*pater familias*).

the arena to dogs, with this placard: "A favourer of the Thracians who spoke impiously."^a

He put to death many senators, among them several ex-consuls, including Civica Cerealis, at the very time when he was proconsul in Asia, Salvidienus Orfitus, Acilius Glabrio while he was in exile—these on the ground of plotting revolution, the rest on any charge, however trivial. He slew Aelius Lamia for joking remarks, which were reflections on him, it is true, but made long before and harmless. For when Domitian had taken away Lamia's wife,^b the latter replied to someone who praised his voice: "I practise continence";^c and when Titus urged him to marry again, he replied: "Are you too looking for a wife?" He put to death Salvius Cocceianus, because he had kept the birthday of the emperor Otho, his paternal uncle; Mettius Pompusianus, because it was commonly reported that he had an imperial nativity and carried about a map of the world on parchment and speeches of the kings and generals from Titus Livius, besides giving two of his slaves the names of Mago and Hannibal; Sallustius Lucullus, governor of Britain, for allowing some lances of a new pattern to be called "Lucullean," after his own name; Junius Rusticus, because he had published eulogies of Paetus Thrasea and Helvidius Priscus and called them the most upright of men; and on the occasion of this charge he banished all the philosophers from the city and from Italy. He also executed the younger Helvidius, alleging that in a farce composed for the stage he had under the characters of Paris and Oenone

^a See chap. i. 3.

^c Part of a course of training; cf. *Nero*, xx. 1.

Oenones divortium suum cum uxore taxasset; Flavium Sabinum alterum e patruelibus, quod eum comitiorum consularium die destinatum perperam praeco non consulem ad populum, sed imperatorem pronuntiasset.

- 5 Verum aliquanto post civilis belli victoriam saevior, plerosque partis adversae, dum etiam latentis conscios investigat,¹ novo quaestionis genere distorsit immisso per obscaena igne; nonnullis et manus amputavit. Satisque constat duos solos e notioribus venia donatos, tribunum laticlavium et centurionem qui se, quo facilius expertes culpa ostenderent impudicos probaverant et ob id neque apud ducem neque apud milites ullius momenti esse potuisse.

XI. Erat autem non solum magnae, sed etiam callidae inopinataeque saevitiae. Actorem² summarum pridie quam cruci figeret in cubiculum vocavit, assidere in toro iuxta coegit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cena dignatus est. Arrecinum³ Clementem consularem, unum e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus in eadem vel etiam maiore gratia habuit, quoad novissime simul gestanti, conspecto delatore eius: "Vis," inquit, "hunc nequissimum servum cras audiamus?"

- 2 Et quo contemptius abuteretur patientia hominum, numquam tristiores sententiam sine praefatione clementiae pronuntiavit, ut non aliud iam certius atrocis exitus signum esset quam principii lenitas. Quosdam

¹ investigat, *Stephanus*; investigato, Ω; per conscios investigatos, *Casaubon*.

² actorem, Ϛ (*Torrentius*); auctorem, Ω.

³ Arrecinum, Π¹QN; arretinum, Ω.

censured Domitian's divorce from his wife ; Flavius Sabinus too, one of his cousins, because on the day of the consular elections the crier had inadvertently announced him to the people as emperor elect, instead of consul.

After his victory in the civil war he became even more cruel, and to discover any conspirators who were in hiding, tortured many of the opposite party by a new form of inquisition, inserting fire in their privates ; and he cut off the hands of some of them. It is certain that of the more conspicuous only two were pardoned, a tribune of senatorial rank and a centurion, who the more clearly to prove their freedom from guilt, showed that they were of shameless unchastity and could therefore have had no influence with the general or with the soldiers.

XI. His savage cruelty was not only excessive, but also cunning and sudden. He invited one of his stewards to his bed-chamber the day before crucifying him, made him sit beside him on his couch, and dismissed him in a secure and gay frame of mind, even deigning to send him a share of his dinner. When he was on the point of condemning the ex-consul Arrecinius Clemens, one of his intimates and tools, he treated him with as great favour as before, if not greater, and finally, as he was taking a drive with him, catching sight of his accuser he said : " Pray, shall we hear this base slave to-morrow ? "

To abuse men's patience the more insolently, he never pronounced an unusually dreadful sentence without a preliminary declaration of clemency, so that there came to be no more certain indication of a cruel death than the leniency of his preamble.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

maiestatis reos in curiam induxerat, et cum praedixisset experturum se illa die quam carus senatui esset, facile perfecerat ut etiam more maiorum
 3 puniendi condemnarentur; deinde atrocitate poenae conterritus, ad leniendam invidiam intercessit his verbis—neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere—: “Permittite, patres conscripti, a pietate vestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis; nam et parcetis oculis vestris et intellegent me omnes senatui interfuisse.”

XII. Exhaustus operum ac munerum impensis stipendioque, quod adiecerat, temptavit quidem ad relevandos castrenses sumptus numerum militum deminuere; sed cum et obnoxium se barbaris per hoc animadverteret neque eo setius in explicandis oneribus haereret, nihil pensi habuit quin praedaretur omni modo. Bona vivorum ac mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et crimine corripiebantur. Satis erat obici quaecumque factum
 2 dictumve¹ adversus maiestatem principis. Confiscabantur alienissimae hereditates vel uno existente, qui diceret audisse se ex defuncto, cum viveret, heredem sibi Caesarem esse. Praeter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est; ad quem deferebantur, qui vel inprofessi² Iudaicam viverent

¹ dictumve, δς; dictumque, Ω.

² vel inprofessi, *J. F. Gronov*; velut inprofessi, *MGῤῥδ*; velut professi, *X*.

* See *Nero*, xlix. 2.

¹ A tax of two drachmas a head, imposed by Titus in return for free permission to practise their religion; see *Josephus, Bell. Jud. 7. 6. 6*.

He had brought some men charged with treason into the senate, and when he had introduced the matter by saying that he would find out that day how dear he was to the members, he had no difficulty in causing them to be condemned to suffer the ancient method of punishment.^a Then appalled at the cruelty of the penalty, he interposed a veto, to lessen the odium, in these words (for it will be of interest to know his exact language): "Allow me, Fathers of the senate, to prevail on you by your love for me to grant a favour which I know I shall obtain with difficulty, namely that you allow the condemned free choice of the manner of their death; for thus you will spare your own eyes and all men will know that I was present at the meeting of the senate."

XII. Reduced to financial straits by the cost of his buildings and shows, as well as by the additions which he had made to the pay of the soldiers, he tried to lighten the military expenses by diminishing the number of his troops; but perceiving that in this way he exposed himself to the attacks of the barbarians, and nevertheless had difficulty in easing his burdens, he had no hesitation in resorting to every sort of robbery. The property of the living and the dead was seized everywhere on any charge brought by any accuser. It was enough to allege any action or word derogatory to the majesty of the prince. Estates of those in no way connected with him were confiscated, if but one man came forward to declare that he had heard from the deceased during his lifetime that Caesar was his heir. Besides other taxes, that on the Jews^b was levied with the utmost rigour, and those were prosecuted who without publicly acknowledging that faith yet lived as Jews, as well

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

vitam vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adulescentulum memini, cum a procuratore frequentissimoque consilio inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset.

- 3 Ab iuventa minime civilis animi, confidens etiam et cum verbis tum rebus immodicus, Caenidi patris concubinae ex Histria reversae osculumque, ut assuerat, offerenti manum prae-buit; generum fratris indigne ferens albatos et ipsum ministros habere, proclamavit:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

- XIII. Principatum vero adeptus neque in senatu iactare dubitavit et patri se et fratri imperium dedisse, illos sibi reddidisse, neque in reducenda post divortium uxore edicere revocatam¹ eam in pulvinar suum. Adclamari etiam in amphitheatro epuli die libenter audiit: "Domino et dominae feliciter!" Sed et Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantis, ut Palfurium Suram restitueret pulsum olim senatu ac tunc de oratoribus coronatum, nullo responso dignatus tacere tantum
2 modo iussit voce praeconis. Pari arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistulam, sic coepit: "Dominus et deus noster hoc fieri iubet." Unde institutum posthac, ut ne

¹ revocatam, *Salmasius*; vocatam, *Ω*.

* These were doubtless Christians, whom the Romans commonly confounded with the Jews.

^b See *Vesp.* iii.

^c *Iliad.* 2. 204.

^d *Pulvinar* here means the couch for the images of the gods; cf. *Aug.* xlv. 1.

^e See chap. iv. 5.

^f See note on *Aug.* liii. 1.

^g See chap. iv. 4.

as those who concealed their origin and did not pay the tribute levied upon their people.^a I recall being present in my youth when the person of a man ninety years old was examined before the procurator and a very crowded court, to see whether he was circumcised.

From his youth he was far from being of an affable disposition, but was on the contrary presumptuous and unbridled both in act and in word. When his father's concubine Caenis^b returned from Histria and offered to kiss him as usual, he held out his hand to her. He was vexed that his brother's son-in-law had attendants clad in white, as well as he, and uttered the words

"Not good is a number of rulers."^c

XIII. When he became emperor, he did not hesitate to boast in the senate that he had conferred their power on both his father and his brother, and that they had but returned him his own; nor on taking back his wife after their divorce, that he had "recalled her to his divine couch."^d He delighted to hear the people in the amphitheatre shout on his feast day:^e "Good Fortune attend out Lord^f and Mistress." Even more, in the Capitoline competition,^g when all the people begged him with great unanimity to restore Palfurius Sura, who had been banished some time before from the senate, and on that occasion received the prize for oratory, he deigned no reply, but merely had a crier bid them be silent. With no less arrogance he began as follows in issuing a circular letter in the name of his procurators, "**Our Master and our God** bids that this be done." And so the custom arose of henceforth

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas et argenteas poni permisit ac ponderis certi. Ianos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones urbis tantos ac tot exstruxit, ut cui-
 3 dam Graece inscriptum sit: "Arci."¹ Consulatus septemdecim cepit, quot² ante eum nemo; ex quibus septem medios continuavit, omnes autem paene titulo tenus gessit nec quemquam ultra Kal. Mal., plerosque ad Idus usque Ianuarias. Post autem duos triumphos Germanici cognomine assumpto Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

XIV. Per haec terribilis cunctis et invisus, tandem oppressus est insidiis³ amicorum libertorumque intimorum simul et uxoris. Annum diemque ultimum vitae iam pridem suspectum habebat, horam etiam nec non et genus mortis. Adulescentulo Chaldaei cuncta praedixerant; pater quoque super cenam quondam fungis abstinentem palam irriserat ut ignarum sortis suae, quod non ferrum potius timeret.
 2 Quare pavidus semper atque anxius minimis etiam suspicionibus praeter modum commovebatur. Ut edicti de excidendis vineis propositi gratiam faceret,

¹ *arci*, MGδ, = ἀρκεῖ (*Turnebus*).

² quot, ς; quod, Ω.

³ insidiis, G; conspuratione, *after* intimorum, T'ON.

* *Arci* is a transliteration of the Greek word ἀρκεῖ with a pun on its resemblance in sound to *arcus*, "arch."

addressing him in no other way even in writing or in conversation.

He suffered no statues to be set up in his honour in the Capitol, except of gold and silver and of a fixed weight. He erected so many and such huge vaulted passage-ways and arches in the various regions of the city, adorned with chariots and triumphal emblems, that on one of them someone wrote in Greek: "It is enough."^a He held the consulship seventeen times, more often than any of his predecessors. Of these the seven middle ones were in successive years, but all of them he filled in name only, continuing none beyond the first of May and few after the Ides of January. Having assumed the surname Germanicus after his two triumphs, he renamed the months of September and October from his own names, calling them "Germanicus" and "Domitianus," because in the former he had come to the throne and was born in the latter.

XIV. In this way he became an object of terror and hatred to all, but he was overthrown at last by a conspiracy of his friends and favourite freedmen, to which his wife was also privy. He had long since had a premonition of the last year and day of his life, and even of the very hour and manner of his death. In his youth astrologers had predicted all this to him, and his father once even openly ridiculed him at dinner for refusing mushrooms, saying that he showed himself unaware of his destiny in not rather fearing the sword. Therefore he was at all times timorous and worried, and was disquieted beyond measure by even the slightest suspicions. It is thought that nothing had more effect in inducing him to ignore his proclamation about cutting down

71, 73,
(cos. v),
82-88, 9
92, 95 A

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

non alia magis re compulsus creditur, quam quod sparsi libelli cum his versibus erant :

Κἄν¹ με φάγῃς ἐπὶ ρίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπείσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

3 Eadem formidine oblatum a senatu novum et excogitatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, recusavit, quo decretum erat ut, quotiens gereret consulatum, equites R. quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus præcederent eum inter lictores apparitoresque.

4 Tempore vero suspecti periculi appropinquante sollicitior in dies porticum, in quibus spatium consu-erat, parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quidquid a tergo fieret provideret. Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manum catenis, audiebat. Utque domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo audendam² esse patroni necem, Epaphroditum a libellis capitali poena condemnavit, quod post destitutionem Nero in adipiscenda morte manu eius adiutus existimabatur.

XV. Denique Flavium Clementem patruelem suum contemptissimæ inertiae, cuius filios etiam tum

¹ κἄν, *Roth* ; καί, Ω ; cf. *C.I.L.* iv. 3407, 6.

² audendam, ρL³ ; audiendam, Ω.

^a See chap. vii. 2.

^b Cf. Ovid, *Fasti*, 1. 357.

^c A toga ornamented with horizontal stripes of purple, worn by the knights on public occasions, as well as by the early kings and the consuls ; Tac. *Ann.* 3. 2 ; Val. Max. 3. 2. 9.

^d According to Pliny, *N.H.* 36. 163, a hard, white, translucent stone discovered in Cappodocia in the reign of Nero. According to Tzetzes, *Lyc.* 98, φεγγίτης = σεληνίτης, "moon-

the vineyards^a than the circulation of notes containing the following lines:

“Gnaw at my root, an you will; even then shall I
have juice in plenty
To pour upon thee, O goat, when at the altar you
stand.”^b

It was because of this same timorousness that although he was most eager for all such honours, he refused a new one which the senate had devised and offered to him, a decree, namely, that whenever he held the consulship Roman knights selected by lot should precede him among his lictors and attendants, clad in the *trabea*^c and bearing lances.

As the time when he anticipated danger drew near, becoming still more anxious every day, he lined the walls of the colonnades in which he used to walk with phengite stone,^d to be able to see in its brilliant surface the reflection of all that went on behind his back. And he did not give a hearing to any prisoners except in private and alone, even holding their chains in his hands. Further, to convince his household that one must not venture to kill a patron even on good grounds, he condemned Epaphroditus, his confidential secretary, to death, because it was believed that after Nero was abandoned^e the freedman's hand had aided him in taking his life.

XV. Finally he put to death his own cousin Flavius Clemens, suddenly and on a very slight suspicion, almost before the end of his consulship; stone.” Pliny also mentions similar mirrors of black obsidian; *N.H.* 36. 196.

^a Cf. *Nero*, xl. 2. See *Nero*, xlix. 4.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

parvulos successores palam destinaverat abolitoque¹ priore nomine alterum Vespasianum appellari, alterum Domitianum, repente ex tenuissima suspicione tantum non in ipso eius consulatu interemit. Quo maxime facto maturavit sibi exitium.

2 Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiatque sunt, ut exclamaverit: "Ferat iam, quem volet." Tactum de caelo Capitolium templumque Flaviae gentis, item domus Palatina et cubiculum ipsius, atque etiam e basi statuæ triumphalis titulus excussus vi procellae in monimentum proximum decedit. Arbor, quae privato adhuc Vespasiano eversa surrexerat, tunc rursus repente corrui. Praenestina Fortuna, toto imperii spatio annum novum commendanti laetam eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit² nec sine sanguinis mentione.

3 Minervam, quam superstitiose colebat, somniavit excedere sacrario negantemque³ ultra se tueri eum posse, quod exarmata esset a Iove. Nulla tamen re perinde commotus est quam responso casuque Asclatari⁴on⁴is mathematici. Hunc delatum nec infitiantem iactasse se quae providisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus; et affirmantem fore

¹ abolitoque, *N*; et abolito, *Υ*; abolito, *MGX* (*Bentley*).

² reddidit, *Υ*; the other mss have reddidit.

³ negantemque, mss.; negantem, *Stephanus*; negantem quoque, *Oudendorp*; lacuna before negantemque, *Roth*.

⁴ Asclatari⁴on⁴is, *F. Cumont*, *Cat. Codd. Astrol. Graec.* v. p. 205, n. 1.

* It was evidently on a metal plate, attached to the marble base.

^b See *Vesp.* v. 4.

^c Fortuna Primigenia; cf. *Tib.* lxiii. 1.

and yet Flavius was a man of most contemptible laziness and Domitian had besides openly named his sons, who were then very young, as his successors, changing their former names and calling the one Vespasian and the other Domitian. And it was by this deed in particular that he hastened his own destruction.

For eight successive months so many strokes of lightning occurred and were reported, that at last he cried : " Well, let him now strike whom he will." The temple of Jupiter of the Capitol was struck and that of the Flavian family, as well as the Palace and the emperor's own bedroom. The inscription too on the base of a triumphal statue of his was torn off in a violent tempest and fell upon a neighbouring tomb.^a The tree which had been overthrown when Vespasian was still a private citizen but had sprung up anew,^b then on a sudden fell down again. Fortune of Praeneste^c had throughout his whole reign, when he commended the new year to her protection, given him a favourable omen and always in the same words. Now at last she returned a most direful one, not without the mention of bloodshed.

He dreamed that Minerva, whom he worshipped with superstitious veneration, came forth from her shrine and declared that she could no longer protect him, since she had been disarmed by Jupiter. Yet there was nothing by which he was so much disturbed as a prediction of the astrologer Ascleterion and what befell him. When this man was accused before the emperor and did not deny that he had spoken of certain things which he had foreseen through his art, he was asked what his own end would be. When he replied that he would shortly

ut brevi laceraretur a canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis sepeliri quoque accuratissime imperavit. Quod cum fieret, evenit ut repentina tempestate deiecto funere semiustum cadaver discernerent canes, idque ei cenanti a mimo Latino, qui praeteriens forte animadverterat, inter ceteras diei fabulas referretur.

XVI. Pridie quam periret, cum oblatos tubures servari iussisset in crastinum, adiecit: "Si modo uti licuerit," et conversus ad proximos affirmavit fore ut sequenti die luna se in aquario cruentaret factumque aliquod existeret, de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediam noctem ita est exterritus, ut e strato prosiliret. Dehinc mane haruspicem ex Germania missum, qui consultus de fulgure mutationem rerum praedixerat, audiit condemnavitque. Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine: "Utinam," inquit, "hactenus." Tunc horas requirenti pro quinta, quam metuebat, sexta ex industria nuntiata est. His velut transacto iam periculo laetum festinantemque ad corporis curam Parthenius cubiculo praepositus convertit, nuntians esse qui magnum nescio quid

* Including the burning of the body, to prevent the fulfilment of the prophecy.

be rent by dogs, Domitian ordered him killed at once; but to prove the fallibility of his art, he ordered besides that his funeral be attended to with the greatest care.^a While this was being done, it chanced that the pyre was overset by a sudden storm and that the dogs mangled the corpse, which was only partly consumed; and that an actor of farces called Latinus, who happened to pass by and see the incident, told it to Domitian at the dinner table, with the rest of the day's gossip.

XVI. The day before he was killed he gave orders to have some apples which were offered him kept until the following day, and added: "If only I am spared to eat them"; then turning to his companions, he declared that on the following day the moon would be stained with blood in Aquarius, and that a deed would be done of which men would talk all over the world. At about midnight he was so terrified that he leaped from his bed. The next morning he conducted the trial of a soothsayer sent from Germany, who when consulted about the lightning strokes had foretold a change of rulers, and condemned him to death. While he was vigorously scratching a festered wart on his forehead, and had drawn blood, he said: "May this be all." Then he asked the time, and by pre-arrangement the sixth hour was announced to him, instead of the fifth, which he feared. Filled with joy at this, and believing all danger now past, he was hastening to the bath, when his head chamberlain Parthenius changed his purpose by announcing that someone had called about a matter of great

afferret, nec differendum. Itaque summotis omnibus in cubiculum se recepit atque ibi occisus est.

XVII. De insidiarum caedisque genere haec fere divulgata sunt. Cunctantibus conspiratis, quando et quo modo, id est lavantemne an cenantem adgrederentur, Stephanus, Domitillae procurator et tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit. Ac sinisteriore brachio velut aegro lanis fasciisque per aliquot dies ad avertendam suspicionem obvoluto, sub ipsam horam dolonem¹ interiecit; professusque conspiracy indicium et ob hoc admissus legenti traditum a se libellum et
2 attonito suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus cornicularius et Maximus Partheni libertus et Satur decurio cubiculariorum et quidam e gladiatorio ludo vulneribus septem contrucidarunt. Puer, qui curae Larum cubiculi ex consuetudine assistens interfuit caedi, hoc amplius narrabat, iussum se a Domitiano ad primum statim vulnus pugionem pulvino subditum porrigere ac ministros vocare, neque ad caput quidquam excepto capulo et praeterea clausa omnia repperisse; atque illum interim arrepto deductoque ad terram Stephano conluctatum diu, dum modo ferrum extorquere, modo quanquam laniatis digitis oculos effodere conatur.

¹ dolonem, *Ferrarius*; dolum, Ω; dolo, δ.

* Niece of Domitian.

* See *Aug.* vii. 1.

moment and would not be put off. Then he dismissed all his attendants and went to his bedroom, where he was slain.

XVII. Concerning the nature of the plot and the manner of his death, this is about all that became known. As the conspirators were deliberating when and how to attack him, whether at the bath or at dinner, Stephanus, Domitilla's^a steward, at the time under accusation for embezzlement, offered his aid and counsel. To avoid suspicion, he wrapped up his left arm in woollen bandages for some days, pretending that he had injured it, and concealed in them a dagger. Then pretending to betray a conspiracy and for that reason being given an audience, he stabbed the emperor in the groin as he was reading a paper which the assassin handed him, and stood in a state of amazement. As the wounded prince attempted to resist, he was slain with seven wounds by Clodianus, a subaltern, Maximus, a freedman of Parthenius, Satur, decurion of the chamberlains, and a gladiator from the imperial school. A boy who was engaged in his usual duty of attending to the Lares in the bedroom,^b and so was a witness of the murder, gave this additional information. He was bidden by Domitian, immediately after he was dealt the first blow, to hand him the dagger hidden under his pillow and to call the servants ; but he found nothing at the head of the bed save the hilt, and besides all the doors were closed. Meanwhile the emperor grappled with Stephanus and bore him to the ground, where they struggled for a long time, Domitian trying now to wrest the dagger from his assailant's hands and now to gouge out his eyes with his lacerated fingers.

- 3 Occisus est XIII. Kal. Octb. anno aetatis quadragensimo quinto, imperii quinto decimo. Cadaver eius populari sandapila per vispillones¹ exportatum Phyllis² nutrix in suburbano suo Latina via funeravit, sed reliquias templo Flaviae gentis clam intulit cineribusque Iuliae Titi filiae, quam et ipsam educarat, conmiscuit.

XVIII. Statura fuit procera, vultu modesto ruborisque pleno, grandibus oculis, verum acie hebetiore; praeterea pulcher ac decens, maxime in iuventa, et quidem toto corpore exceptis pedibus, quorum digitos restrictiores habebat; postea calvitio quoque deformis et obesitate ventris et crurum gracilitate, quae tamen ei valitudine longa remacruerant.

- 2 Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut apud senatum sic quondam iactaverit: "Usque adhuc certe et animum meum probastis et vultum." Calvitio ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii ioco vel iurgio obiectaretur; quamvis libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit, haec etiam, simul illum seque consolans, inseruerit:

"Οὐχ ὀράας,³ οἶος ἀγὼν καλός τε μέγας τε;

Eadem me tamen manent capillorum fata, et forti

¹ vespillones, *Beroaldus*. ² Phyllis, ρς; Phyllix, Ω.

³ ὀράας, Ω.

* This in its connection suggests the blush of modesty, but cf. Tac. *Ag.* 45, *ille vultus et rubor quo se contra pudorem muniebat*; and in general, Sen. *Epist.* 11. 3. Doubtless Domitian's ruddy complexion was a recommendation in his youth.

He was slain on the fourteenth day before the Kalends of October in the forty-fifth year of his age and the fifteenth of his reign. His corpse was carried out on a common bier by those who bury the poor, and his nurse Phyllis cremated it at her suburban estate on the Via Latina; but his ashes she secretly carried to the temple of the Flavian family and mingled them with those of Julia, daughter of Titus, whom she had also reared.

Sept. 1
96 A.D.

XVIII. He was tall of stature, with a modest expression and a high colour.^a His eyes were large, but his sight was somewhat dim. He was handsome and graceful too, especially when a young man, and indeed in his whole body with the exception of his feet, the toes of which were somewhat cramped. In later life he had the further disfigurement of baldness, a protruding belly, and spindling legs, though the latter had become thin from a long illness. He was so conscious that the modesty of his expression was in his favour, that he once made this boast in the senate: "So far, at any rate, you have approved my heart and my countenance." He was so sensitive about his baldness, that he regarded it as a personal insult if anyone else was twitted with that defect in jest or in earnest; though in a book "On the Care of the Hair," which he published and dedicated to a friend, he wrote the following by way of consolation to the man and himself:

"Do you not see that I too am tall and comely to look on?"^b

And yet the same fate awaits my hair, and I bear

^a *Iliad*, 21. 108.

animo fero comam in adulescentia senescentem. Scias nec gratius quicquam decore nec brevius."

XIX. Laboris impatiens pedibus per urbem non temere ambulavit, in expeditione et agmine equo rarius, lectica assidue vectus est. Armorum nullo, sagittarum vel praecipuo studio tenebatur. Centenas varii generis feras saepe in Albano secessu conficientem spectavere plerique atque etiam ex industria ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua efficeret. Nonnumquam in pueri procul stantis praebentisque pro scopulo dispansam dexteræ manus palmam sagittas tanta arte derexit,¹ ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.

XX. Liberalia studia imperii initio neglexit, quam bibliothecas incendio absumptas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis missisque Alexandream qui describerent emendarentque. Numquam tamen aut historiae carminibusve noscendis operam ullam aut stilo vel necessario dedit. Praeter commentarios et acta Tiberi Caesaris nihil lectitabat; epistulas orationesque et edicta alieno² formabat ingenio. Sermonis tamen nec inelegantis, dictorum interdum etiam notabilium: "Vellem," inquit, "tam formosus esse, quam Maecius sibi

¹ derexit, 5; derexerit, Q; the other mss. have direxit.

² alieno, 5; alfeno, MGR; the greater number of the X class have alieno alfeno.

* Cf. Tit. v. 2. The bow and arrow were not included by the Romans in the term *arma*. ^b Cf. chap. ii. 2.

* The great library of Ptolemy Philadelphus at Alexandria was destroyed during Caesar's Alexandrine war. The Pergamene library was given by Antony to Cleopatra and transferred to Alexandria, where it was kept in the temple

with resignation the ageing of my locks in youth. Be assured that nothing is more pleasing than beauty, but nothing shorter-lived."

XIX. He was incapable of exertion and seldom went about the city on foot, while on his campaigns and journeys he rarely rode on horseback, but was regularly carried in a litter. He took no interest in arms, but was particularly devoted to archery.^a There are many who have more than once seen him slay a hundred wild beasts of different kinds on his Alban estate, and purposely kill some of them with two successive shots in such a way that the arrows gave the effect of horns. Sometimes he would have a slave stand at a distance and hold out the palm of his right hand for a mark, with the fingers spread; then he directed his arrows with such accuracy that they passed harmlessly between the fingers.

XX. At the beginning of his rule he neglected liberal studies,^b although he provided for having the libraries, which were destroyed by fire,^c renewed at very great expense, seeking everywhere for copies of the lost works, and sending scribes to Alexandria to transcribe and correct them. Yet he never took any pains to become acquainted with history or poetry, or even to acquiring an ordinarily good style. He read nothing except the memoirs and transactions of Tiberius Caesar; for his letters, speeches and proclamations he relied on others' talents. Yet his conversation was not inelegant, and some of his sayings were even noteworthy, "How I wish," said he "that I were as fine looking as Maecius thinks he

of Serapis. It was frequently damaged during civil disturbances. Burman thinks that the reference is to the latter; but the plural suggests both.

THE LIVES OF THE CAESARS, BOOK VIII

videtur"; et cuiusdam caput varietate capilli subrutilum et incanum perfusam nivem mulso dixit.

XXI. Condicionem principum miserrimam aiebat, quibus de coniuratione comperta non crederetur nisi occisis.

Quotiens otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis diebus matutinisque horis, ac lavabat de die prandebatque ad satietatem, ut non temere super cenam praeter Matianum malum et modicam in ampulla potiunculam sumeret. Convivabatur frequenter ac large, sed paene raptim; certe non ultra solis occasum nec ut postea comissaretur. Nam ad horam somni nihil aliud quam solus secreto deambulabat.

XXII Libidinis nimiae, assiduitatem concubitus velut exercitationis genus clinopalen¹ vocabat; eratque fama, quasi concubinas ipse develleret² naretque inter vulgatissimas meretrices. Fratris filiam adhuc virginem oblatam in matrimonium sibi cum devinctus Domitiae nuptiis pertinacissime recusasset, non multo post alii conlocatam corrumpit ultro et quidem vivo etiam tum Tito; mox patre ac viro orbatam ardentissime palamque dilexit, ut etiam causa mortis exstiterit coactae conceptum a se abigere.

¹ clinopalem, Ω.

² develleret, G; *the other mss. have divelleret.*

* Named after C. Matius, a friend of Augustus and a writer on cookery and gardening. ^b Cf. *Juv.* ii. 32 f.

is." He declared too that the head of a certain man, whose hair had changed colour in such a way that it was partly reddish and partly grey, was like "snow on which mead had been poured."

XXI. He used to say that the lot of princes was most unhappy, since when they discovered a conspiracy, no one believed them unless they had been killed.

The following Index has been compiled from Hieronymus: L. Livius Andronicus, Cn. Naevius, T. Maccius Plautus, Q. Ennius, Statius Caecilius, P. Terentius Afer, M. Pacuvius, L. Accius, Sex. Turpilius, C. Lucilius, P. Quintius Atta, L. Afranius, L. Pomponius, T. Lucretius Carus, M. Furius Bibaculus, C. Valerius Catullus, P. Terentius Varro, D. Laberius, P. Publilius Lochius, Cornificius, M. Bavius, C. Cornelius Gallus, Aemilius Macer, Quintilius Varus, P. Vergilius Maro, Albius Tibullus, Sex. Propertius, Q. Horatius Flaccus, L. Varius Rufus, P. Ovidius Naso, Philistio, A. Persius Flaccus, M. Annaeus Lucanus.

The following Sigla are used:—

For Terence: A = cod. Parisinus, 7920, eleventh century; B = cod. Parisinus, 7921; C = cod. Leidensis Vossianus, 186; D = cod. Dresdensis Elect. 539^b, Reg. D. 101; E = cod. Urbinas, 354; F = cod. Reginensis, 1496; G = cod. Neapolitanus, Mus. Borbon. 411 (all of the fifteenth century); Z = editio princeps of Donatus, Rome, 1472; Ald. = Aldine ed. of 1517; St. = ed. of Stephanus, Paris, 1529; Dz. = Dziatzko; Reiff. = Reifferscheid.

For Vergil: B = cod. Bernensis, 172, ninth or tenth century; G = cod. Sangallensis, 862, tenth

SIGLA

century; P = cod. Parisinus Lat. 11308 (formerly Suppl. Lat. 1011), ninth century; ς = Edition of Vergil by Heyne-Wagener, i. pp. lxxxi. ff.

For Horace: V = cod. Blandinianus Vetustissimus; ϕ = cod. Parisinus, 7974, tenth century; ψ = cod. Parisinus, 7971, tenth century; F = ϕ and ψ ; λ = Parisinus, 7972, tenth century; p = Parisinus Lat. 8214, twelfth century; ς = mss. which contain the Life in a abridged form; see note 6, p. 484.

For Tibullus: A = cod. Ambrosianus, R 26 sup., fourteenth century; V = cod. Vaticanus, 3270; g = cod. Guelferbytanus, Ms. Aug. 82, 6 fol., both of the fifteenth century; ψ = other mss. or the Itali.

For Aulus Persius Flaccus: A = cod. Montepessulanus, 212, tenth century; B = cod. Vaticanus, tab. basil. Vat., H. 36, ninth century; P = cod. Montepessulanus, 125, formerly Pithoeanus.

For Lucan: M = cod. Montepessulanus, H. 113; B = cod. Bernensis, 45; P = cod. Parisinus, 7502, formerly Colbertinus, all of the tenth century.

DE POETIS VITA TERENTI

I. PUBLIUS TERENTIUS AFER, Carthagine natus, serviit Romae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter sed et mature manumissus est. Quidam captum esse existimant, quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii natus sit et¹ mortuus; nec si a Numidis et Gaetulis captus sit, ad ducem² Romanum pervenire potuisse, nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Carthaginem coepto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C.³ Laelio. Quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod et ipsum Fenestella arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse, quamvis et Nepos aequales omnes fuisse tradat et Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat:

¹ natus sit et, *Ald.*; et natus sit et, *Ritschl*; natus est et, *mss.*

² ad ducem, *mss.*; ad dominum, *J. Gronov (Reiff., Dz.)*.

³ C., *AF*; the other *mss.* have cum.

ON POETS

THE LIFE OF TERENCE

I. PUBLIUS TERENCE AFER, born at Carthage, was the slave at Rome of Terentius Lucanus, a senator, who because of the young man's talent and good looks not only gave him a liberal education, but soon set him free. Some think that he was taken in war, but Fenestella shows that that could not possibly be, since Terence was born and died between the end of the second Punic war and the beginning of the third; and even if he had been taken by the Numidians and Gaetulians, he could not have come into the hands of a Roman general, since commerce between the Italic and the African races did not begin until after the destruction of Carthage. He lived on intimate terms with many men of high rank, in particular with Scipio Africanus and Gaius Laelius. It is even thought that he won the favour of these two men by his youthful beauty, but Fenestella denies this too, maintaining that he was older than either of them. Nepos, however, writes that they were all three of an age, and Porcius rouses a suspicion of too great intimacy in the following words:

201-149
B.C.

146 B.C.

“Dum lasciviam nobilium et laudes fucosas petit,
 Dum Africani vocem divinam inhiat ¹ avidis auribus,
 Dum ad Philum ² se cenitare et Laelium pulchrum
 putat,
 Dum in Albanum crebro rapitur ³ ob florem aetatis
 suae:
 Post sublatis rebus ad summam inopiam redactus
 est.
 Itaque e conspectu omnium abijt Graeciam in terram
 ultimam,
 Mortuust Stymphali,⁴ Arcadiae in ⁵ oppido. Nil
 Publius ⁶
 Scipio profuit, nil illi Laelius, nil Furius,
 Tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime.
 Eorum ille opera ne domum quidem habuit con-
 ducticiam,
 Saltem ut esset quo referret obitum domini ser-
 vulus.”

II. Scripsit comoedias sex, ex quibus primam
 “Andriam” cum aedilibus daret, iussus ante Caecilio⁷
 recitare, ad cenantem cum venisset, dictus est
 initium quidem fabulae, quod erat contemptiore
 vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse,
 post paucos vero versus invitatus ut accumberet
 cenasse una, dein cetera percucurrisset non sine
 magna Caecilii ⁸ admiratione. Et hanc autem et

¹ vocem divinam inhiat, *Muretus*; vocē dum et inhius et, *A*; the other mss. have voce divina inhiat.

² Philum, *Roth*; fixu, *A*; the other mss. have furium.

³ The reading of *Ritschl*; *A* has dum se amari ab his credat crebro in Albanum rapitur; the other mss., dum . . . credit . . . rapi.

⁴ Stymphali, *Ritschl*; mortuus est in falo, *A*, with similar readings in the other mss.; Stymphalo, *Roth*.

⁵ in, added by *Roth*.

⁶ Publio, *E* (*Ritschl*).

"Though he courted the wantonness of great men and their counterfeit^a praise, though with greedy ears he drank in the divine voice of Africanus, though he thought it fine to frequent the tables of Philus and Laelius, though he was often taken to the Alban villa because of his youthful charms, he later found himself stripped of his all and reduced to utmost want. So he withdrew from the sight of men to a remote part of Greece and died at Stymphalus, a town of Arcady. Naught availed him Publius Scipio, naught Laelius, naught Furius, the wealthiest^b three nobles of that time. Their help did not give him even a rented house, to provide at least a place where his slave might announce his master's death."

II. He wrote six comedies, and when he offered the first of these, the "Andria," to the aediles, they bade him first read it to Caecilius. Having come to the poet's house when he was dining, and being meanly clad, Terence is said to have read the beginning of his play sitting on a bench near the great man's couch. But after a few lines he was invited to take his place at table, and after dining with Caecilius, he ran through the rest to his host's

^a caerio, *AB*; cenam, *G*; the other mss. have cerio.

^b caerii, *A*; eorum, *G*; the other mss. have cerii (cerrii, cerei).

^a Cf. Hor. *Epist.* 1. 10. 26 ff.: *Non qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatam potentia vellera fucum, Certius accipiet damnum propiusve medullis, Quam qui non poterit vero distinguere falsum.*

^b *facillime agitare* means "to live most comfortably," or, "most free from care"; cf. Ter. *Adelph.* 501, and the Greek *πέια ζῶντες*. In an opposite sense we have *difficultate nummaria*, Tib. xlviii. 1.

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

quinque reliquas aequaliter populo probavit, quamvis Vulcatius dinumeratione omnium ita scribat :

“Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.”

“Eunuchus” quidem bis die acta est meruitque pretium quantum nulla antea cuiusquam comoedia, id est octo milia nummorum ; propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam “Adelphorum” principium Varro etiam praefert principio Menandri.

III. Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione, eamque ipse auxit numquam nisi leviter refutare¹ conatus, ut in prologo “Adelphorum” :

“Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adiutare assidueque una scribere ;
Quod illi maledictum vehemens esse existumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, quom illis placet
Qui vobis univorsis et populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio
Suo quisque tempore usus est sine superbia.”

Videtur autem se levius defendisse, quia sciebat et Laelio et Scipioni non ingratham esse hanc opinionem ; quae tamen magis et usque ad posteriora tempora valuit. C. Memmius in oratione pro se ait : “P. Africanus, qui a Terentio personam mutuatus, quae domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit.”

¹ refutare, *A* ; the other mss. have se tutare (tutari, *F*).

* Text and meaning are uncertain. Dziatzko suggested *submaeret* (poeta) *Hecyra sexta exclusa fabula*.

^b The *didascalia*.

* That is, presumably, the beginning of the play of Menander on which the *Adelphoe* is based.

great admiration. Moreover, this play and the five others were equally pleasing to the people, although Vulcatius in enumerating them all, writes thus :

"The sixth play, the 'Hecyra,' will not be included."^a

The "Eunuch" was even acted twice in the same day and earned more money than any previous comedy of any writer, namely eight thousand sesterces; and for this reason the sum is included in the title-page.^b Indeed Varro rates the beginning of the "Adelphoe" above that of Menander.^c

III. It is common gossip that Scipio and Laelius aided Terence in his writings, and he himself lent colour to this by never attempting to refute it, except in a half-hearted way, as in the prologue to the "Adelphoe" :

"For as to what those malicious critics say, that men of rank aid your poet and constantly write in concert with him; what they regard as a grievous slander, he considers the highest praise, to please those who please you all and all the people, whose timely help everyone has used without shame in war, in leisure, in business."

Now he seems to have made but a lame defence, because he knew that the report did not displease Laelius and Scipio; and it gained ground in spite of all and came down even to later times. Gaius Memmius in a speech in his own defence says: "Publius Africanus, who borrowed a mask from Terence, and put upon the stage under his name what he had written himself for his own amusement at home." Nepos says that he learned

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Laelium quondam in Puteolano Kal. Martiis admonitum ab uxore temperius ut discumberet petisse ab ea ne interpellaret,¹ seroque tandem ingressum triclinium dixisse, non saepe in scribendo magis sibi successisse; deinde rogatum ut scripta illa proferret pronuntiasse versus qui sunt in "Heautontimorumenon":

"Satis pol proterve me Syri promissa huc induxerunt."

IV. Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione et Laelio uti potuisse, qui tunc adulescentuli fuerunt, quam C. Sulpicio Gallo, homine docto et cuius consularibus² ludis initium fabularum dandarum fecerit, vel Q. Fabio Labeone et M. Popillio, consulari utroque ac poeta; ideo ipsum non iuvenes designare qui se adiuvare dicantur,³ sed viros "quorum operam et in bello et in otio et in negotio" populus sit expertus.

Post editas comoedias nondum quintum atque vicesimum egressus annum,⁴ causa vitandae opinionis qua videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Graecorum instituta moresque, quos non perinde exprimeret in scriptis, egressus⁵ est neque amplius rediit. De morte eius Vulcacius sic tradit:

¹ interpellaret, *A*; interpolleretur, *F*; the other mss. has interpellaretur.

² et cuius consularibus, *A*; et consularibus, *D*; the other mss. have et qui consularibus; quo consule Megalensibus, *Ritschl*.

³ dicantur, *Roth*; dicuntur, *A*; designarentur, *D*; the other mss. have dicerentur.

⁴ annum animi, *A*; animi causa seu. *Dz.* (aut. *Bährens.*).

from a trustworthy source that once at his villa at Puteoli Gaius Laelius was urged by his wife to come to dinner at an earlier hour than common on the Kalends of March,^a but begged her not to interrupt him. When he at last entered the dining-room at a late hour, he said that he had seldom written more to his own satisfaction; and on being asked to read what he had written, he declaimed the lines of the "Heautontimorumenos," beginning: "Impudently enough, by Heaven, has Syrus lured me here by promises."

IV. Santra thinks that if Terence had really needed help in his writing, he would not have been so likely to resort to Scipio and Laelius, who were then mere youths, as to Gaius Sulpicius Gallus, a scholarly man, at whose consular games he brought out his first play, or to Quintus Fabius Labeo and Marcus Popillius, both of whom were ex-consuls and poets; and that it was for that reason that he spoke, not of "young men" who were said to help him, but "men whose mettle the people had tried in war, in leisure, in business."

After publishing these comedies before he had passed his twenty-fifth year, either to escape from the gossip about publishing the work of others as his own, or else to become versed in Greek manners and customs, which he felt that he had not been wholly successful in depicting in his plays, he left Rome and never returned. Of his death Vulcaci^{us} writes in these words:

^a egressus urbe, *Muretus*; urbem, *St.*

* See note c on *Vesp.* xix. 1.

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

“Sed ut Afer populo sex dedit comoedias,
Iter hinc in Asiam fecit, et¹ navem ut semel
Conscendit, visus numquam est; sic vita vacat.”

V. Q. Cosconius redeuntem e Graecia perisse in mari dicit cum C. et VIII.² fabulis conversis a Menandro. Ceteri mortuum esse in Arcadia Stymphali³ sive Leucadiae⁴ tradunt Cn. Cornelio Dolabella M. Fulvio Nobiliore consulibus, morbo implicitum⁵ ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum,⁶ quas in nave praemisera, ac simul fabularum, quas novas fecerat.

Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quae post equiti Romano nupsit; item hortulos XX iugerum via Appia ad Martis villam. Quo magis miror Porcium scribere :

“Scipio nihil profuit, nihil Laelius, nihil Furius,
Tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime;
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
Saltem ut esset quo referret obitum domini servulus.”⁷

Hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert scribens in “Compitalibus”:

“Terenti non similem dicens quempiam.”

¹ et, added by Roth; navem autem, Ritschl.

² C. et VIII., omitted by Ritschl, Dz.

³ Omitted as interpolation by Ritschl, Reiff.

⁴ sive Leucadiae, A; the other mss. have sinu Leucadiae; sinu Leucadiae after mari, Dz.; Leucadia, Erasmus.

⁵ implicita ac, A; the other mss. have implicitum acri.

⁶ sarcinarum, A; the other mss. have fabularum.

"But when Afer had presented six comedies to the people, he journeyed from here to Asia, but from the time he embarked was never seen again; thus he vanished from life."

V. Quintus Cosconius writes that he was lost at sea as he was returning from Greece with one hundred and eight plays adapted from Menander; the rest of our authorities declare that he died at Stymphalus in Arcadia, or at Leucadia, in the consulship of Gnaeus Cornelius Dolabella and Marcus Fulvius Nobilior, having fallen ill from grief and annoyance at the loss of his baggage, which he had sent on to the ship, and with it of the new plays which he had written.

159 B.C.

He is said to have been of moderate height, slender and of dark complexion. He left a daughter, who afterwards became the wife of a Roman knight; also gardens twenty acres^a in extent on the Appian Way, near the villa of Mars. This makes me feel the more surprised that Porcius should write:

"Naught availed him Scipio, naught Laelius, naught Furius, the wealthiest three nobles of that time. Their aid did not even give him a rented house, to provide at least a place where his slave might announce his master's death."

Afranius ranks Terence above all other writers of comedy, writing in his "Compitalia":

"Declaring that no one is the equal of Terence."

⁷ The last two lines are regarded as an interpolation by Ritschl, Reiff.

^a See note on Rh. v.

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

Vulcatius autem non solum Naevio et Plauto et Caecilio, sed Licinio quoque et Atilio postponit. Cicero in "Limone" hactenus laudat :

"Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti, Conversum expressumque Latina voce Menandrum In medium nobis sedatis vocibus¹ effers, Quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens."

Item C. Caesar :

"Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander, Poneris, et merito, puri sermonis amator. Lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret vis, Comica ut aequato virtus polleret honore Cum Graecis neve² hac despectus parte iaceres ! Unum hoc maceror ac doleo tibi desse,³ Terenti."

¹ vocibus, *mss.*; motibus, *Ritschl.*

² neve, *Roth* ; neque, *mss.*

³ desse, *Ritschl* ; deesse, *mss.* (derē, *A*).

^a In his celebrated "canon," Gell. 15. 24.

^b "Meadow," a fanciful title for a book of miscellaneous contents, like the "Silvae" of Statius, the "Pratum" of Suetonius, and the like.

But Vulcatius ^a puts him not only below Naevius, Plautus, and Caecilius, but even below Licinius and Atilius. Cicero in his "Limo" ^b gives him this much praise :

"Thou, Terence, who alone dost reclothe Menander in choice speech, and rendering him into the Latin tongue, dost present him with thy quiet utterance ^c on our public stage, speaking with a certain graciousness and with sweetness in every word."

Also Gaius Caesar : ^d

"Thou too, even thou, art ranked among the highest, thou half-Menander, and justly, thou lover of language undefiled. But would that thy graceful verses had force as well, so that thy comic power might have equal honour with that of the Greeks, and thou mightest not be scorned in this regard and neglected. It hurts and pains me, my Terence, that thou lackest this one quality."

^e Perhaps, "amid a hush of silence" in the audience. Because of the awkwardness of *voce . . . vocibus* Ritschl preferred *motibus (animi)*.

^f Referring to Julius Caesar.

VITA VERGILI

- 1 P. VERGILIUS¹ MARO Mantuanus parentibus modicis
fuit ac praecipue patre, quem quidam opificem
figulum, plures Magi cuiusdam viatoris initio
mercennarium, mox ob industriam generum tradi-
derunt, egregieque substantiae silvis coemendis et
2 apibus curandis auxisse reculam.² Natus est Gn.
Pompeio Magno M. Licinio Crasso primum cons.
Iduum Octobrium die in pago qui Andes dicitur et
3 abest a Mantua non procul. Praegnas eo³ mater
somniavit enixam se laureum ramum, quem contactu
terrae coaluisse et excrevisse ilico in speciem
maturae arboris refertaeque variis pomis et floribus,
ac sequenti luce cum marito rus propinquum petens
ex itinere devertit atque in subiecta fossa partu
4 levata est. Ferunt infantem ut sit editus neque
vagisse et adeo miti vultu fuisse, ut haud dubiam
5 spem prosperioris geniturae iam tum daret. Et
accessit aliud praesagium, siquidem virga populea
more regionis in puerperiis eodem statim loco
depacta ita brevi evaluit tempore, ut multo ante
satas populos adaequavisset, quae arbor Vergilii ex
eo dicta atque etiam consecrata est summa gravi-

¹ *The mss. all have the spelling Vergilius throughout.*

² *regulam, mss.* ³ *eo, 5; eum, G; cum, BP.*

THE LIFE OF VERGIL

PUBLIUS VERGILIUS MARO, a native of Mantua, had parents of humble origin, especially his father, who according to some was a potter, although the general opinion is that he was at first the hired man of a certain Magus, an attendant on the magistrates, later became his son-in-law because of his diligence, and greatly increased his little property by buying up woodlands and raising bees. He was born in the first consulship of Gnaeus Pompeius the Great and Marcus Licinius Crassus, on the Ides of October, in a district called Andes, not far distant from Mantua. While he was in his mother's womb, she dreamt that she gave birth to a laurel-branch, which on touching the earth took root and grew at once to the size of a full-grown tree, covered with fruits and flowers of various kinds ; and on the following day, when she was on the way to a neighbouring part of the country with her husband, she turned aside and gave birth to her child in a ditch beside the road. They say that the infant did not cry at its birth, and had such a gentle expression as even then to give assurance of an unusually happy destiny. There was added another omen ; for a poplar branch, which, as was usual in that region on such occasions, was at once planted where the birth occurred, grew so fast in a short time that it equalled in size poplars planted long before. It was called from him "Vergil's tree" and was besides worshipped with great veneration by

Oct. 15,
70 B.C.

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

darum ac fetarum religione suscipientium ibi et solventium vota.

- 6 Initia aetatis Cremonae egit usque ad virilem togam, quam XV¹ anno natali suo accepit iisdem illis consulibus iterum duobus,² quibus erat natus, evenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. Sed Vergilius a Cremona Mediolanum et
7 inde paulo post transiit in urbem. Corpore et statura fuit grandi, aquilo colore, facie rusticana, valetudine varia; nam plerumque a stomacho et a faucibus ac dolore capitis laborabat, sanguinem
8 etiam saepe reiecit. Cibi vinique minimi; libidinis in pueros pronioris,³ quorum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem secunda "Bucolicorum" egloga Alexim appellat, donatum sibi ab Asinio Pollione, utrumque non ineruditum, Cebetem vero et poetam. Vulgatum est consuesse eum et cum
9 Plotia Hieria. Sed Asconius Pedianus adfirmat, ipsam postea maiorem natu narrare solitam, invitatum quidem a Vario ad communionem sui, verum
10 pertinacissime recusasse. Cetera sane vitae et ore et animo tam probum constat, ut Neapoli Parthenias vulgo appellatus sit, ac si quando Romae, quo rarissime commeabat, viseretur in publico, sectantis demonstrantisque se subterfugeret⁴ in proximum
11 tectum. Bona autem cuiusdam exsulantis offerente Augusto non sustinuit accipere. Possedit prope
12
13

¹ XVII, BP; VII, G. ² duobus, omitted by G.

³ promoris, G; pronior his, BP.

⁴ subter fugere, G; subterfugere solitum, G; suffugere, BP; suffugeret, Reiff.

pregnant and newly delivered women, who made and paid vows beneath it.

Vergil spent his early life at Cremona until he assumed the gown of manhood, upon his fifteenth birthday, in the consulship of the same two men who had been consuls the year he was born; and it chanced that the poet Lucretius died that very same day. Vergil, however, moved from Cremona to Mediolanum, and shortly afterwards from there to Rome. He was tall and of full habit, with a dark complexion and a rustic appearance. His health was variable; for he very often suffered from stomach and throat troubles, as well as with headache; and he also had frequent haemorrhages. He ate and drank but little. He was especially given to passions for boys, and his special favourites were Cebes and Alexander, whom he calls Alexis in the second poem of his "Bucolics." This boy was given him by Asinius Pollio, and both his favourites had some education, while Cebes was even a poet. It is common report that he also had an intrigue with Plotia Hieria. But Asconius Pedianus declares that she herself used to say afterwards, when she was getting old, that Vergil was invited by Varius to associate with her, but obstinately refused. Certain it is that for the rest of his life he was so modest in speech and thought, that at Naples he was commonly called "Parthenias,"^a and that whenever he appeared in public in Rome, where he very rarely went, he would take refuge in the nearest house, to avoid those who followed and pointed him out. Moreover, when Augustus offered him the property of a man who had been exiled, he could not make up his mind

55 B.C.

* "The Maiden."

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

- centiens sestertium ex liberalitatibus amicorum habuitque domum Romae Esquiliis iuxta hortos Maecenatianos, quamquam secessu Campaniae
- 14 Siciliaeque plurimum uteretur. Parentes iam grandis amisit, ex quibus patrem captum oculis, et duos fratres germanos, Silonem inpuberem, Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine
- 15 Daphnidis deflet. Inter cetera studia medicinae quoque ac maxime mathematicae operam dedit. Egit et causam apud iudices unam omnino nec
- 16 amplius quam semel; nam et in sermone tardissimum eum ac paene indocto similem fuisse Melissus tradidit.
- 17 Poeticam puer adhuc auspicatus in Ballistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit:

“Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus;
Nocte die tutum carpe, viator, iter.”

- Deinde “Catalepton”¹ et “Priapea” et “Epigrammata” et “Diras,” item “Cirim” et “Culicem,” cum
- 18 esset annorum XVI. Cuius materia talis est. Pastor fatigatus aestu cum sub arbore condormisset et serpens ad eum proriperet,² e palude culex provolavit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contrivit³ et serpentem in-

¹ *The mss. have catalecton.*

² *proriperet, B¹P; praereperet, G.*

³ *attrivit (adt-), B¹P.*

to accept it. He possessed nearly ten million sesterces from the generous gifts of friends, and he had a house at Rome on the Esquiline, near the gardens of Maecenas, although he usually lived in retirement in Campania and in Sicily.

He was already grown up when he lost his parents, of whom his father previously went blind, and two own brothers: Silo, who died in childhood, and Flaccus, who lived to grow up, and whose death he laments under the name of Daphnis.*

Among other studies he gave attention also to medicine and in particular to mathematics. He pleaded one single case in court too, but no more; for, as Melissus has told us, he spoke very slowly and almost like an uneducated man.

He made his first attempt at poetry when he was still a boy, composing the following couplet on a schoolmaster called Ballista, who was stoned to death because of his evil reputation for brigandage:

“Under this mountain of stones Ballista is covered
and buried;

Wayfarer, now night and day follow your course
without fear.”

Then he wrote the “Catalepton,” “Priapea,” “Epigrams” and the “Dirae,” as well as the “Ciris” and the “Culex” when he was sixteen years old. The story of the “Culex” is this. When a shepherd, exhausted by the heat, had fallen asleep under a tree, and a snake was creeping upon him, a gnat flew from a marsh and stung the shepherd between his two temples; he at once crushed the

* *Ecl.* 5. 20.

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

teremit ac sepulchrum culici statuit et distichon fecit:

“Parve culex, pecudum custos tibi tale merenti

Funeris officium vitae pro munere reddit.”

- 19 Scripsit etiam de qua ambigitur “Aetnam.” Mox cum res Romanas inchoasset, offensus materia ad “Bucolica” transiit, maxime ut Asinium Pollionem, Alfenum Varum et Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis triumvirorum iussu trans Padum
- 20 dividebantur, indemnem se praestitissent. Deinde scripsit “Georgica” in honorem Maecenatis, qui sibi mediocriter adhuc noto opem tulisset adversus veterani cuiusdam violentiam, a quo in altercatione
- 21 litis agrariae paulum afuit quin occideretur. Novissime “Aeneidem” inchoavit, argumentum varium ac multiplex et quasi amborum Homeri carminum instar, praeterea nominibus ac rebus Graecis Latinisque commune, et in quo, quod maxime studebat, Romanae simul urbis et Augusti origo contineretur.
- 22 Cum “Georgica” scriberet, traditur cotidie meditato mane plurimos versus dictare solitus ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere, non

* *Culex*, 413 f.

gnat and killed the snake ; then he made a tomb for the insect, inscribed with this couplet :

“Thee, tiny gnat, well deserving, the flock’s grateful
keeper now offers
For the gift of his life due funeral rites in
requital.”^a

He also wrote the “Aetna,” though its authorship is disputed. Presently he began to write of Roman story, but thinking himself unequal to the subject, turned to the “Bucolics,” especially in order to sing the praises of Asinius Pollio, Alfenus Varus, and Cornelius Gallus, because at the time of the assignment of the lands beyond the Po, which were divided among the veterans by order of the triumvirs after the victory at Philippi, these men had saved him from ruin. Then he wrote the “Georgics” in honour of Maecenas, because he had rendered him aid, when the poet was still but little known, against the violence of one of the veterans, from whom Vergil narrowly escaped death in a quarrel about his farm. Last of all he began the “Aeneid,” a varied and complicated theme, and as it were a mirror of both the poems of Homer ; moreover it treated Greek and Latin personages and affairs in common, and contained at the same time an account of the origin of the city of Rome and of Augustus, which was the poet’s special aim. When he was writing the “Georgics,” it is said to have been his custom to dictate each day a large number of verses which he had composed in the morning, and then to spend the rest of the day in reducing them to a very small number, wittily

42 B.C.

absurde carmen se more ursae parere dicens et
 23 lambendo demum effingere. "Aeneida" prosa prius
 oratione formatam digestamque in XII libros particu-
 latim componere instituit, prout liberet quidque, et
 24 nihil in ordinem arripiens. Ac¹ ne quid impetam
 moraretur, quaedam imperfecta transmisit, alia
 levissimis verbis veluti fulsit, quae per iocum pro tibi-
 cinibus interponi aiebat ad sustinendum opus, donec
 25 solidae columnae advenirent. "Bucolica" triennio,
 "Georgica" VII, "Aeneida" XI perfecit annis.
 26 "Bucolica" eo successu edidit, ut in scena² quoque per
 27 cantores crebro pronuntiarentur. "Georgica" reverso
 post Actiacam victoriam Augusto atque Atellae
 reficiendarum faucium causa commoranti per con-
 tinuum quadriduum legit, suscipiente Maecenate
 legendi vicem, quotiens interPELLARETUR ipse vocis
 28 offensione. Pronuntiabat autem cum suavitate et³
 29 lenociniis miris. Ac⁴ Seneca tradidit, Iulium
 Montanum poetam solitum dicere, involaturum se
 Vergilio quaedam, si et vocem posset et os et
 hypocrisin; eosdem enim versus ipso pronuntiante
 30 bene sonare, sine illo inanes esse mutosque. "Aenei-
 dos" vixdum coeptae tanta exstitit fama, ut Sextus
 Propertius non dubitaverit sic praedicare:

"Cedite, Romani scriptores, cedite Grai:
 Nescio quid maius nascitur Iliade."

¹ ac, G; ut, BP. ² scenam, BP; sena, G.

³ suavitate et, 5; suavitate cum, BP; suavitatem, G.

⁴ ac, Hagen; et, Reiff.; ut, mss.

remarking that he fashioned his poem after the manner of a she-bear, and gradually licked it into shape. In the case of the "Aeneid," after writing a first draft in prose and dividing it into twelve books, he proceeded to turn into verse one part after another, taking them up just as he fancied, in no particular order. And that he might not check the flow of his thought, he left some things unfinished, and, so to speak, bolstered others up with very slight words, which, as he jocosely used to say, were put in like props, to support the structure until the solid columns should arrive.

The "Bucolics" he finished in three years, the "Georgics" in seven, the "Aeneid" in twelve. The success of the "Bucolics" on their first appearance was such, that they were even frequently rendered by singers on the stage. When Augustus was returning after his victory at Actium and lingered at Atella to treat his throat, Vergil read the "Georgics" to him for four days in succession, Maecenas taking his turn at the reading whenever the poet was interrupted by the failure of his voice. His own delivery, however, was sweet and wonderfully effective. In fact, Seneca has said that the poet Julius Montanus used to declare that he would have purloined some of Vergil's work, if he could also have stolen his voice, expression, and dramatic power; for the same verses sounded well when Vergil read them, which on another's lips were flat and toneless. Hardly was the "Aeneid" begun, when its reputation became so great that Sextus Propertius^a did not hesitate to declare:

"Yield, ye Roman writers; yield, ye Greeks;
A greater than the Iliad is born."

- 31 Augustus vero—nam forte expeditione Cantabrica
 aberat—supplicibus atque etiam minacibus per iocum
 litteris efflagitarat, ut “sibi de ‘Aeneide,’” ut ipsius
 verba sunt, “vel prima carminis ὑπογραφὴ vel quod-
 32 libet κῶλον mitteretur.” Cui tamen multo post per-
 perfectaue demum materia tres omnino libros recitavit,
 secundum, quartum et sextum, sed hunc notabili
 Octaviae adfectione, quae cum recitationi interesset,
 ad illos de filio suo versus, “tu Marcellus eris,”
 33 defecisse fertur atque aegre fociata est. Recitavit
 et pluribus, sed neque frequenter et ea fere de quibus
 ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur.
 34 Erotem librarium et libertum eius exactae iam
 senectutis tradunt referre solitum, quondam eum in
 recitando duos dimidiatos versus complexse ex tem-
 pore. Nam cum hactenus haberet: “Misenum
 Aeoliden” adiecisse: “quo non praestantior alter,”
 item huic: “aere ciere viros,” simili calore iactatum
 subiunxisse: “Martemque accendere cantu,” statim-
 que sibi imperasse ut utrumque volumini ascriberet.
 35 Anno aetatis quinquagesimo secundo inpositurus
 “Aeneidi” summam manum statuit in Graeciam et
 in Asiam secedere triennioque continuo nihil amplius
 quam emendare, ut reliqua vita tantum philosophiae
 vacaret. Sed cum ingressus iter Athenis occurrisset
 Augusto ab Oriente Romam revertenti destinaretque¹

¹ destinaretque, *G*; destinareque, *B*¹*P*.

^a *Aen.* 6. 884 f.

^b *Aen.* 6. 164.

^c *Aen.* 6. 165.

Augustus indeed (for it chanced that he was away on his Cantabrian campaign) demanded in entreating and even jocosely threatening letters that Vergil send him "something from the 'Aeneid'"; to use his own words, "either the first draft of the poem or any section of it that he pleased." But it was not until long afterwards, when the material was at last in shape, that Vergil read to him three books in all, the second, fourth, and sixth. The last of these produced a remarkable effect on Octavia, who was present at the reading; for it is said that when he reached the verses about her son, "Thou shalt be Marcellus,"^a she fainted and was with difficulty revived. He gave readings also to larger audiences ✓ but never frequently, and he selected for the most part passages about which he was in doubt, in order to get the benefit of criticism. ✓ They say that Eros, his amanuensis and freedman, used to report, when he was an old man, that Vergil once completed two half-verses off-hand in the course of a reading. For having before him merely the words "Misenum Aeoliden," he added "quo non praestantior alter,"^b and again to "aere ciere viros" he joined "Martemque accendere cantu,"^c thrown off with like inspiration, and he immediately ordered Eros to add both half-lines to his manuscript.

In the fifty-second year of his age, wishing to give the final touch to the "Aeneid," he determined to go away to Greece and Asia, and after devoting three entire years to the sole work of improving his poem, to give up the rest of his life wholly to philosophy. But having begun his journey, and at Athens meeting Augustus, who was on his way back to Rome from the Orient, he resolved not to part

non absistere atque etiam una redire, dum Megara vicinum oppidum ferventissimo sole cognoscit, languorem nactus est eumque non intermissa navigatione auxit ita ut gravior¹ aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obiit XI Kal. Octobr.

36 Cn. Sentio Q. Lucretio cons. Ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita qui est via Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale :

✓ “Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope ; cecini pascua rura duces.”

37 Heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum (fratrem alio patre,) ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam, qui eius “Aeneida” post obitum iussu

38 Caesaris emendaverunt. De qua re Sulpicii Carthaginiensis exstant huiusmodi versus :

“Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.

Tucca vetat Variusque ; simul tu, maxime Caesar,
Non sinis et Latiae consulis historiae.

Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene est alio Troia cremata² rogo.”

¹ gravior, *ms.* ; aegrior, *Hagen.*

² cremata sepulta, *G* ; sepulta, *Hagen.*

from the emperor and even to return with him; but in the course of a visit to the neighbouring town of Megara in a very hot sun, he was taken with a fever, and added to his disorder by continuing his journey; hence on his arrival at Brundisium he was considerably worse, and died there on the eleventh day before the Kalends of October, in the consulship of Gnaeus Sentius and Quintus Lucretius. His ashes were taken to Naples and laid to rest on the via Puteolana less than two miles from the city, in a tomb for which he himself composed this couplet:

Sept. 21
19 B.C.

“Mantua gave me the light, Calabria slew me; now holds me
Parthenope. I have sung shepherds, the country, and wars.”

He named as his heirs Valerius Proculus, his half-brother, to one-half of his estate, Augustus to one-fourth, Maecenas to one-twelfth; the rest he left to Lucius Varius and Plotius Tucca, who revised the “Aeneid” after his death by order of Augustus. With regard to this matter we have the following verses of Sulpicius of Carthage:

“Vergil had bidden these songs by swift flame be
turned into ashes,

Songs which sang of thy fates, Phrygia’s leader renowned.

Varius and Tucca forbade, and thou, too, greatest of Caesars,

Adding your veto to theirs, Latium’s story preserved.

All but twice in the flames unhappy Pergamum perished

Troy on a second pyre narrowly failed of her doom.”

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

- 39 Egerat cum Vario, priusquam Italia decederet, ut
 siquid sibi accidisset, "Aeneida" combureret; at is¹
 ita facturum se pernegarat; igitur in extrema vale-
 tudine assidue scrinia desideravit, crematurus ipse;
 40 ea cavit. Ceterum eidem Vario ac simul Tuccae
 scripta sua sub ea condicione legavit, ne quid
 41 ederent, quod non a se editum esset. Edidit autem
 auctore Augusto Varius, sed summatim emendata, ut
 qui versus etiam imperfectos sicut² erant reliquerit;
 quos multi mox supplere conati non perinde valuerunt
 ob difficultatem, quod omnia fere apud eum hemi-
 stichia absoluto perfectoque sunt sensu, praeter illud:
 42 "quem tibi iam Troia." Nisus grammaticus audisse
 se a senioribus aiebat, Varium duorum librorum
 ordinem commutasse, et qui tunc secundus esset³ in
 tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse
 principium, his versibus demptis:

"Ille ego qui quondam gracili modulatus avena
 Carmina et egressus silvis vicina coegi,
 Ut quamvis avido parerent arva colono,
 Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis—
 Arma virumque cano."

¹ at is, *Hagen*; sed is, *Reiff.*; et is, *BP*; omitted (*Italia*
 . . . at is) by *G.*

² sicut, *Gronov.*; si qui, *mss.*

³ tunc . . . esset, *Hagen*; nunc . . . sit, *mss.*

^a Cf. *Aug.* ci. 3.

^b *Aen.* 3. 340. This is no real exception, for we probably
 have the line as Vergil intended to leave it. Andromache
 purposely avoids naming the *amissae parentis* (341).

He had arranged with Varius, before leaving Italy, that if anything befell him ^a his friend should burn the "Aeneid"; but Varius had emphatically declared that he would do no such thing. Therefore in his mortal illness Vergil constantly called for his book-boxes, intending to burn the poem himself; but when no one brought them to him, he made no specific request about the matter, but left his writings jointly to the above mentioned Varius and to Tucca, with the stipulation that they should publish nothing which he himself would not have given to the world. However, Varius published the "Aeneid" at Augustus' request, making only a few slight corrections, and even leaving the incomplete lines just as they were. These last many afterwards tried to finish, but did not wholly succeed owing to the difficulty that nearly all his half-lines are complete in sense and meaning, except "*Quem tibi iam Troia.*" ^b The grammarian Nisus used to say that he had heard from older men that Varius changed the order of two of the books and made what was then the second book the third; also that he emended the beginning of the first book by striking out the lines:

"I who on slender reed once rustic numbers did
render,
Parting then from the groves, commanded the
neighbouring fallows
Tribute to pay to their lords, however much they
exacted,
Task hailed with joy by the hind; but now dread
deeds of the war-god,
Arms and the hero I sing."

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

43 Obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum ; nam nec Homero quidem. Prolatis “ Bucolicis ” Numitorius quidam rescripsit “ Antibucolica,” duas modo eglogas, sed insulsissime παραθήσας quarum prioris initium est :

“ Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi ? ”
sequentis :

“ Dic mihi Damoeta : ‘ cuium pecus ’ anne Latinum ? ”

Non. Verum Aegonis nostri, sic rure locuntur.”

Alius recitante eo ex “ Georgicis ” : “ nudus ara, sere
44 nudus ” subiecit : “ habebis frigore febrem.” Est et adversus “ Aeneida ” liber Carvili Pictoris, titulo “ Aeneomastix.” M. Vipsanius a Maecenate eum suppositum appellabat, novae cacozeliae repertorem, non tumidae nec exilis, sed ex communibus verbis, atque ideo latentis. Herennius tantum vitia eius,
45 Perellius Faustus furta contraxit. Sed et Q. Octavi Aviti Ὅμοιοτήτων octo volumina quos et unde versus
46 transtulerit continent. Asconius Pedianus libro, quem “ Contra obtrectatores Vergilii ” scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere et quod pleraque ab Homero sumpsisset ; sed

^a “ Plough naked, naked sow.”

^b “ A chill will give you the fever.”

^c The scourge of Aeneas.

^d See *Aug.* lxxxv. 2 ; *Quint.* viii. 3, 56.

Vergil never lacked detractors, which is not strange; for neither did Homer. When the "Bucolics" appeared, a certain Numitorius wrote "Anti-bucolics," consisting of but two poems, which were a very insipid parody. The first began as follows:

"Tityrus, if a warm toga you have, why then a beech mantle?"

The second:—

"Tell me, Damoetas, I pray, is 'cuium pecus' really good Latin?"

Nay, but our Aegon's way, and thus men talk in the country."

Another man, when Vergil recited from his "Georgics," "nudus ara, sere nudus,"^a added "habebis frigore febrem."^b There is also a book in criticism of the "Aeneid" by Carvilius Pictor, called "Aeneomastix."^c Marcus Vipsanius called Vergil a supposititious child of Maecenas, the inventor of a new kind of affected language,^d neither bombastic nor of studied simplicity, but in ordinary words and hence less obvious. Herennius made selections confined to his defects, and Perellius Fausta to his pilferings. More than that, the eight volumes of Quintus Octavius Avitus, entitled "Resemblances," contain the verses which he borrowed, with their sources. ✓ Asconius Pedianus, in a book which he wrote "Against the Detractors of Vergil," sets forth a very few of the charges against him, and those for the most part dealing with history and with the accusation that he borrowed a great deal from Homer; but he says that Vergil used to meet this

THE LIVES OF ILLUSTRIOUS MEN

hoc ipsum crimen sic defendere adsueta ait: cur non illi quoque eadem furta temptarent? Verum intellecturos facilius esse Herculi clavam quam Homero versum subripere. Et tamen destinasse secedere ut omnia ad satietatem malevolorum decideret.

latter accusation with these words: "Why don't my critics also attempt the same thefts? If they do, they will realize that it is easier to filch his club from Hercules than a line from Homer." Yet Asconius says that Vergil had intended to go into retirement, in order to prune down everything to the satisfaction of carping critics.

VITA HORATI

Q. HORATIUS FLACCUS, Venusinus, patre ut ipse tradit libertino et exactionum coactore (ut vero ¹ creditum est salsamentario, cum illi quidam in alteratione exprobrasset ²: “Quotiens ego vidi patrem tuum brachio se emungentem!”) bello Philippensi excitus a Marco Bruto imperatore, tribunus militum meruit; victisque partibus venia impetrata scriptum quaestorium comparavit. Ac primo Maecenati, mox Augusto insinuatus non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Maecenas quantopere eum dilexerit ³ satis testatur ⁴ illo epigrammate:

“Ni te visceribus meis, Horati,
Plus iam diligo, tu tuum sodalem
Ninnio ⁵ videas strigosiore”;

sed multo magis extremis iudiciis tali ad Augustum elogio: “Horati Flacci ut mei esto memor” ¹

Augustus ⁶ epistolarum quoque ei officium optulit, ut ⁷ hoc ad Maecenatem scripto significat: “Ante

¹ vero, *Muretus*; vere, *mss.*; fere, *Casaubon*.

² exprobrasset, *Fl.*

³ dilexerit, *ς*; the other *mss.* have dilexit.

⁴ testatur, *Flp*; monstratur, *V.*

⁵ nimio, *mss.* (ninio, *φ*); Ninnio, *P. Pithoeus*; hinnulo, *Oudendorp*; hinno me, *Lambinus*; simio, *Sudhaus*.

⁶ Augustus . . . Caesar (*p.* 488, *l.* 8) omitted in *ς*.

⁷ ut, added by *Lambinus*.

LIFE OF HORACE

QUINTUS HORATIUS FLACCUS of Venusia had for a father, as he himself writes, a freedman who was a collector of money at auctions; but it is believed that he was a dealer in salted provisions, for a certain man in a quarrel thus taunted Horace: "How often have I seen your father wiping his nose with his arm!" Horace served as tribune of the soldiers in the war of Philippi, at the instance of Marcus Brutus, one of the leaders in that war. When his party was vanquished, he was pardoned and purchased the position of a quaestor's clerk. Then contriving to win the favour, first of Maecenas and later of Augustus, he held a prominent place among the friends of both. How fond Maecenas was of him is evident enough from the well known epigram:

"If that I do not love you, my own Horace, more than life itself, behold your comrade leaner than Ninnius."^a

But he expressed himself much more strongly in his last will and testament in this brief remark to Augustus: "Be as mindful of Horatius Flaccus as of myself." Augustus offered him the post of secretary, as appears in this letter of his to Maecenas: "Before this I was able to write my

^a Ninnius is unknown, but if the reading be correct, he was notorious for his leanness; cf. Telegenius, *Claud.* xl. 3.

